Hier na volgen de Zaadbuyskens, dewelke lang-rond zijn, waar van yder drie zaden in ſig komt te onthouden, dewelke hoekig, en in Auguſto rijp geworden zijnde, bruyn van couleur zijn.

Dit teder Gewas moet in deſe Landen door groote warmte voortgebragt werden.

America is desſelfs natuurlijke groeiplaats, van waar ons het Zaad toegeſtuurt is in 't Jaar 1690.

AANTEKENINGEN.

De rankxkens ſijn veelvoudig en dun, voortkomende uit een moerſteel, dewelke een vinger lang is; klimmende tegens de byſtaande rijſen en takken van Bomen op.

De bladeren, die de ranken bekleden, gekauwt zijnde, geven een ſlymerigheid van haar; deſelve ſteunen op geveurde voetjens, die een halve vinger lang zijn, ook wel langer,

bus innituntur, qui pediculi ut & nervi per folia disseminati, pilis rarioribus obsiti sunt.

Flores calathoidei, non multum absimiles floribus Scammoneæ Syriacæ, ad genicula è foliorum axillis exeuot singulares, bini, & plures in eodem petiolo seu surculo communi, pentanguli, unico petalo constantes, quod antequam sese aperiat ita implicatum est, ut quina videantur petala: Præter dictum pediculum communem duos tresve flores sustinentem, quisque flosculus peculiari oititur petiolo, uncialis longitudinis, communi è quo oritur non raro crassiori.

Staminibus gaudent flores quinis niveis, ad basin purpurascentibus, totidemque apicibus longioribus niveis capitatis: Hæc stamina in floris tubo altè recondita ex umbone infimo oriuntur, nonoullis pilis rarioribus obsita.

Stylus candidus, rudimento capsulæ seminalis subjectæ impactus, capitellô donatur albô, verrucosô.

Capsula seminalis, calice quinquepartito ex parte obducta subrotunda, mucronata, albicans, bivalvis, membranâ intergerinâ instruitur, cujus pars superior in utroque latere rudimentum fornicis format, sub quo seminum apices onnihil conteguntur.

Quælibet capsula, semina continet quatuor, tria, duove, per maturitatem fusca, altera facie angulosa, pilis brevissimis hirta.

Ex seminibus Africanis, ex Guinea allatis nata nobis planta huic similis, sed omni parte mioor, minusque pilosa.

Flos illi quoque campanulatus, obsoletè luteus, & umbone purpurascente prææditus.

Semina ut & illorum conceptacula cum jam descripta planè conveniunt.

In Catalogo Beaumontiano audit hæc *Convolvulus Africanus, sive Guineensis pumilis sagitta foliis flore campanulato obsoletè luteo, fundo purpurascente.* N. D.

en dikte de ranken niet selden overtreffende, bezet met ylstaande hayrtjens, waar mede ook de zennen, die door de bladeren loopen, begaast zijn.

De Bloemen sijn korfs- of klokjens-wijse, en die van de Syrische Scammonea niet seer ongelijk, deselve komen uit de knietjens of oxelen der bladeren te voorschyn, en dat eensaam, somtyds gepaart, ook wel meer by malkanderen, uit een en 't selve gemeene steeltjen; dese Bloemen sijn vyfhoekig, bestaande uit een eenig Bloem-blad, 's welk voor het omsluiten soodanig is gewonwen, dat de Bloem uit vyf Bloem-bladeren schynt gecompo-neert te zyn: behalven de geseyde gemeene Bloem-steel, dewelke 2. 3. Bloemen komt te ondersteunen, soo ist dat yder Bloem nog een bysonder steeltjen heeft, 't welk uit de gemene voortgekomen zynde, somtyds dikker als de gemene selfs, en sijn dese bysondere Bloemsteeltjens een duym lang.

De Bloem-draden sijn wit, uitgesonderd aan haar grond, alwaar sy paersverwig zyn, en sijn dese Bloem-droden vyf in getale, versien van lange witte kopjens: Dese Bloem-draden, in de holte der Bloemen verborgen zynde, nemen haren oorspronk uit het onderste der Bloem-schilden, met eenige hayrtjens versien zynde.

De Bloem-styl is wit, en geseten boven op het beginsel van 't ondergelegene Zaadhuysken, wiens hooftjen wit en vratagtig is..

Het Zaadhuysken ten deelen beset, en omvangen zynde van een vyfbladerig kelkjen is wit, wat rondagtig, puntig, in twe delen opengaande, en versien van een vlies, 't welk het Zaadhuysken in 2. delen komt te scheyden; uit het bovenste van dit vlies komt wederzyts nog een vlieskeN te voorschyn, gelyk als een kleen verwerssel, waar onder de topjens der Zaden gelegen zyn.

Ider Zaadhuysken onthoud in sig 2. 3. 4. Zaden, dewelke rijp geworden zynde bruyn van couleur, aan eene sijde hoekig, en met korte hayrtjens beset zyn.

Wy hebben uit Africaans Zaad, 't welk ons uit Guinee mede gebragt is, een mede soorte van dit Gewas voortgeteelt, edog en alle deelen kleender, en niet soo hayrig.

't Heeft mede een klokwijs Bloemtje, vaalgeel van couleur, met een paersche schild versien.

Dese fijne Zaden, alsmede de Zaadhuyskens komen t'eenemaal over een met de bovengemelde.

Dese is in de Beaumondsche Cataloge geheten Leege Africaansche of Guineese Winde, met bladeren die het scherpe van sommige pijlen gelijken, met geklokte vaalgeele Bloemen, en een purpuragtig schild. *Tot nu toe en is dese niet beschreven.*

CAP.




RICINVS AMERICA NVS STAPHIDISAGRIÆ FOLIO Fig. 9

C A P. IX.

RICINUS AMERICANUS PERENNIS FLORIBUS PURPUREIS STAPHIDISAGRIÆ FOLIIS.

Radice sustinetur albâ, multis fibris capillatâ.

Caudex, ob foliorum defluxorum vestigia, quasi articulatus, in tripedalem & majorem proceritatem adolescit, digiti crassitie, cortice griseo amictus; hujus fastigium, foliis in quinque lacinias admodum profundas divisis, ornatur, magnitudine & facie Viti Virginianæ quinquefoliæ accedentibus, substantiâ autem minus solidis, & hiliariore virore perfusis, pediculis longioribus insidentibus, qui juxta foliorum basin in quinos nervos divaricati, singulas foliorum lacinias transeunt.

Circa caulis fastigium flores prodeunt parvi, pediculis pilosis fulti, quinque petalis rotundis dilutè purpurascentibus, ad ungues verò luteo colore imbutis, pluribusque staminibus tenuibus compositi.

Floribus marcescentibus, succedunt fructus triquetri, oblongi, qui per maturitatem, congenerum more, in tres capsulas sese aperiunt, quàvis unicum seminis granum continente, cortice griseo tectum, forma Ricini minoris.

Semine ex America transmisso enutrita nobis est planta isthæc A°. M DC Lxxxvii. excrevitque in arbusculam jam quadrimam, adeò autem teneram ut ne minimum quidem frigus perferre possit, indigetque in vitreo hypocausto locari, soloque laudabili enutriri.

AMERICAANSCHE WONDERBOOM, MET PURPURE BLOEMEN, en BLADEREN VAN LUYSKRUYD.

De Wortel is zazelrijk en wit.

De stamme schijnt in leden verdeeld te zijn, wegens de teekenen die van de afgevalle bladersteelen nablijven, en groeit tot de hoogte van drie en meer voeten, sijnde een vinger dik, en met een grauwe schorsse omvangen; desselfs toppe is verciert met bladeren die in vyf seer diepe snippelingen gedeelt zijn, van gedaante en groote die van de Virginiaansche vyfvingerige Wijngaart vry wat gelijkende, hoewel sagter van substantie, en blyer groen van verwe, staande op lange voetjens, dewelke aan de grond van't blad in vyf zenuen verdeelt zijnde, in't midden van yder snippelinge doorlopen.

Ontrend de toppe van de Stamme komen de Bloemtjens voort, steunende op hayrige voetjens, uit vijf ronde, en ligt purperagtige Bloem-bladeren, met veele dunne Bloem-draden gecomponeert zijnde; welkers bloem-nagelen, (ungues) *geel couleurig zijn.*

Als de Bloemen vergaan, soo volgen der driekante en langwerpige vrugtjens, dewelke rijp geworden zijnde, in drie huyskens opengaan, gelijk die van hare mede soorten, waar van yder een zaatje in sig onthoud, wiens gedaante overeenkomt met het zaad van de kleene Wonderboom, en is omvangen van een grauwe schorsse.

Dit Gewas is van ons gequeekt uit zaad, 't welk ons overgestuurt is uit America in 't Jaar 1687. *en is nu tot een vierjarig boomtje geworden, soo teder zijnde, dat het de minste koude niet kan verdragen; Het moet in goede aarde, en in een glasekas geset werden, om wel te groeien.*

Hanc eandem esse (ut aliqui perhibent) cum Ricino Novæ Hispaniæ, seu Hucipochotl Huaxacenci Rech. Hist. rerum Nat. Mexic. lib. 3. cap. 26. calculum haud appono, distinctæ enim sunt species, ut patet ex iconibus, ut & descriptionibus utriusque plantæ.

Ut genere, sic quoque viribus convenit cum Ricino vulgari minori.

Dat dit, gelijk sommige voorgeven, deselve Plante zoude wesen, dewelke van Rechius in sijne Histor. Nat. Mex. lib. 3. cap. 26. genaamt word Wonderboom van Nova Hispania, zulks is tegens mijn gevoelen, maar het sijn verscheide soorten, gelijk zulks blykt uit haar beyder figuren, en beschrijvingen.

Gelijk dit Gewas, in opsigte van desselfs geslagte, overeenkomt met de kleene en gemeene Wonderboom, alsoo mede ist datse met deselve in kragten ook niet en verschild.



CAP.



RICINVS AMERICANVS VRENS. *Fig 10*



C A P. X.

RICINUS TITHYMALODES AMERICANUS LACTESCENS & URENS, FLORIBUS ALBIS.
Par. Bat. Prod.

Radix ei alba, ſucco lacteo, acri turgida.

Caudex in ramos diviſus, liratus, duas uncias craſſus, in quinotum pedum proceritatem attollitur, cortice dilutiore virore perfuſo, amictus, & infinitis ſpinulis undique obſeſſus.

Folia incondita, ſpinulis tenuiſſimis, mordacibus, & utentibus itidem obſita, pediculis longioribus fulta, formâ Vitis foliorum ſubæmula, in tres, quatuorve lacinias ditempta, quarum ſingulæ, margine ſerratæ, nervo gaudent ſecundum longitudinem protracto.

Flores Menſe Julio prodeuntes, ſunt hexapetali, colore candido, quorum umbilicum ſtamina occupant varia.

Floribus marceſcentibus ſuccedunt vaſcula ſeminalia tricapſularia, in quibus tria quoque ſemina, Ricini vulgaris ſimilia, aſt minora, exrus coloris cinerei, punctulis coloris ſpadicei permixta; Interior medulla candida, ſapore acri prædita, quo non ſolum tota planta eſt imbuta, verum etiam urit, pungit, doloreque diuturno minacibus ſuis ſpinulis afficit tangentium manus, chirothecis coriaceis quantumvis munitas.

Perennat hæc Planta ſub climate noſtro

AMERICAANSCHE, MELKGEVENDE, BRANDENDE, en WOLFS-MELKSCHE WONDERBOOM, MET WITTE BLOEMEN.

De wortel van deſe Plante is wit, en met een witte, ſcherpe vogt vervuld.

De ſtamme in takken verdeeld, en geveurt, is twe duym dik, vyf voeten hoog, en omvangen met een ligt groene ſchorſſe, die alſints met ontelbare doorntjens beſet is.

De bladeren ſtaan ſonder ordre, en ſijn mede met ſeer dunne ſcherp ſtekende doorntjens verſien, ſteunende op lange voetjens, in gedaante met die van de Wijngaard-bladeren eenigſints overeenkomende, ſijnde in drie ook in vier deelen geſneden, waar van yder, aan de kanten geſchaart zijnde, een zenue heeft, die na de lengte is loopende.

De Bloemen in Julio te voorſchijn komende, ſijn ſesbladerig, wit van couleur, welkers navel beſet is met verſcheyde bloemdraden.

Na de Bloemen volgen drie zaadhuyſige (tricapſularia) *Zaadhuyskens, waar in ook drie zaden geplaatſt worden, dewelke die van de gemeene Wonderboom gelijk, edog kleender, zijn, en van buyten asgrauwverwig, met caſtanie-bruyne vlakjens beſet: de pit deſer Zaden is wit, ſcherp van ſmaak, waar mede deſe gebeele Plante niet alleen begaaft is, maar brand en ſteekt daar en boven in de handen der gene dieſe komen aan te raken, ſchoon deſelve met handſchoenen verſien zijn.*

Onder dit ons kout climaat kan men de-

K du-

duriore, femen maturum & perfectum producens, aſt cautè à frigore præſervanda, utpotè, cui reſiſtere nequit.

Braſiliæ incola eſt, vigens quoque in aliis Americæ inſulis.

ſelve overhouden, en brengt ook rijp zaad voort, edog moetmen deſelve ſorgvuldig voor de koude, dieſe niet verdragen kan, bewaren.

Braſil is de geboorte plaatſe van dit Gewas, ook vind men het wel in andere Americaanſche Eylanden.



C A P.



EVPHORBIVM CEREI EFFIGIE. *Fig. 11*

C A P. XI.

EUPHORBIUM CEREI EFFIGIE, CAULIBUS CRASSIORIBUS, SPINIS VALIDIORIBUS ARMATUM. *Breyn. Prod.* 2.

HAne liberalissimè nobis dono transmisit Nobilissimus & Stren. D. Simon à Beaumond, Nobilissimorum Præpotentium D. Holl. & Westvriesiæ Ordinum Secretarius, qui eam ex Africa, prope Zalé nactus est.

Ex ejus radice, in varios ramos sub terra brachiata, super terram autem globosa, crassa, cortice griseo amicta, caules prodeunt, Opuntiæ instar, aphylli, numerosi, in orbem dispositi, stipati, multanguli, atrovirescentes, sentibus brevibus, acutis, terram spectantibus, ex angulis emergentibus, præditi; Horum rami exteriores ad exortum brachium crassi, sensim attenuantur, & spithamarum duarum longitudinem adæquantes, arcuantur.

Flores ex angulis quoque emergentes pentapetali, ex luteo virescentes, quibus succedunt vascula seminalia triquetra.

Utrum hæc eadem sit quæ à Dodonæo exhibetur, dubitandi ansam dederunt mihi spinæ, quæ in Euphorbio Dod. longiores, numerosiores, surrectioresque visuntur, in nostro verò, quod hic repræsentatur pauciores, minacioresque sunt spinæ, pronæque spectantes & breviores.

Hanc admodum teneram plantam multiplicavi ramis ad radicem abscissis, ilicò terræ siccæ impactis, vaporariisque foculorum subterraneorum impositis: Cavendum autem in amputatione ramorum ne succus lacteus nimis effluat, quò factò brevi perit, itaque ilicò terræ committendi rami, sic sistitur ejus effluxus.

CEREUS GELYKENDE EUPHORBIUM, MET DIKKE STELEN, en KLOEKE DOORNEN.

DEse Plante heeft den Ed. Heer Simon van Beaumont, Secretaris van de Ed. Groot Mog. Heeren Staaten van Holland en Westvriesland, aldereerst bekomen van de Africaansche Kust, ontrent Zalée, en aan den Amsterdamschen Medicijn-Hof, mildelijk vereert.

Uit desselfs Wortel, dewelke onder de aarde in verscheyde dikke zijd-wortel-scheuten verdeeld, en (voor soo veel deselve buyten de aarde uitsteekt,) rond en dik is, omvangen van een grauwe schorsse, komen veele, digt byeen staande, steelen voort, die van de Opuntia gelijkende; deselve zijn in de ronte verspreid, veelhoekig, donker groen van couleur, gewapent met korte, scherpstekende, en nederwaarts gebooge doornen, dewelke uit de hoeken haren oorspronk nemen; De buytenste deser takken aan haar grond een arm dik zijnde, komen allenkxkens te verdunnen, en boogswijs om te krommen, zijnde twee spannen lang.

De Bloemen uit de hoeken mede voortkomende sijn vijfbladerig, groen-geel van couleur, waar na driehoekige Zaadhuyskens komen te volgen.

De doornen deses Gewas doen my twijfelen, of dit 't selve wel is, 't geen Dodonæus beschrijft, aangesien deselve langer, meerder, en regter opstaande zijn, in 't Euphorbium Dod., als wel in dese onse Plante, wiens doornen nederwaarts geboogen, scherpstekend, korter, en minder in getale zyn.

Dese seer tedere Plante heb ik vermenigvuldigt door de takken, dewelke tot aan de grond afgesneden zijnde, aanstonts in drooge aarde in een pot, en soo verders in een broei-bak geset wierden: In 't afsnijden deser takken moetmen sorge dragen dat het melkagtig sap niet te veel uit en kome te lekken, waar door deselve haast souden vergaan; weshalven men deselve takken aanstonds in 't aardrijk moet setten, en soo wort de uytvloeyinge des saps verhindert.

L Præ-

Præterea ne quid mali quoque veteri accedat plantæ, vulneri ab avulsione rami residuo, tantillum siccæ glebæ adhibendum, ut succi effluxus inhibeatur: Hisce ritè à me observatis per quadriennium & in hanc usque diem conservavi.

Viribus convenire cum Euphorbio officinarum ex insigni succi hujus acrimonia, linguam potenter feriente, satis superque colligitur.

OBSERVATIONES.

Ex Zalée Africæ orbe mare Athlanticum spectante, summâ curâ advecta est planta hæc lactea, quæ pro Euphorbio vero veterum, respectu loci natalis viriumque, meritò habenda: Omnes enim Authores & Veteres & Recentiores, unanimiter testantur Euphorbium in Africa gigni, unde Gummi, seu succus concretus Euphorbium quoque officinis dictus, etiam hodie per urbem ante nominatam in Europam transvehitur; mirandum certè quod Nobilissimus D. J. Commelinus, Botanicus Exercitatissimus, & simplicium officinalium Exquisitissimus Indagator in Commentariis suis Hort. Mal. part. 2. cap. 42. Plantam Scadidacalli Malabaribus dictam, pro Euphorbio vero habeat: sibi quoque eodem loco contradicere videtur, quando ibidem Africam Euphorbii patriam ipse agnoscit, modumque Gummi istud colligendi Malabaribus incognitum, lacteumque Scadidacalli succum Medicis illic tantum in usu esse, ait; deceptus verò videtur author frustulis Euphorbii exsiccati, è Barbaria allatis, & inter Gummi inventis; Plantæ enim succulentiores aliam planè induunt formam, simul ac arescunt; præterea certissimè constat plantam hanc & forma & angulorum numero sæpissimè variare, illud enim experti sumus, quod plus semel quoque nobis è locis arenosis & desertis Africæ, Zalée vicinis, allatæ sint & juniores & annosiores Plantæ, formâ longè discrepantes; Imò & ipsa eadem hæc Planta hic depicta cum Gummi, seu Euphorbii frustulis adhærentibus nobis inde transmissâ: Refragari equidem noluimus etiam alibi terrarum Plantas inveniri Euphorbium stillantes, præter Africæ partem illam jam sæpius nominatam: Guineam enim duas species producere certè scimus, quæ etiam aliquando nobis inde transmissæ, Altera cum Scadidacalli Hort. Mal. satis conveniente, altera verò foliosa & in justæ magnitudinis arborem excrescente, cujus sobolem hodie alit instructissimus Hortus Beaumontianus.

Flores hujus Plantæ, inter spinas emergentes pediculo calyculato latiusculo caryophillum aromaticum quadantenus mentienti insident, suntque pentapetali dilutè flavi, staminibus quibusdam ditati, styloque longiori nutritivo, cui adnascitur capsula seminalis triquetra, Tithymalaceis conformis, pendula, tria continens semina rotunda, grisea, nucleo albo referta.

Daar en boven, op dat d'oude gequetste Plante niets quaats en zoude overkomen, sal men de wonde met wat drooge aarde bestrojen, opdat het uytdruypen van 't sap verhindert mogt werden: Dit alles van my in agtinge genomen zijnde, heb ik dese planten vier jaar lang, en tot nog toe bewaart.

Dat de kragten hier van overeenkomen met die van de gemeene Euphorbium, diemen dagelijks gebruikt, geeft de smaak, die vry scherp is, genoegsaam te kennen.

AANTEKENINGEN.

Uyt de stad van Zalée, gelegen in Africa, by de Athlantische Zee, is dese melk gevende Plante, met seer groote moeiten mede gebracht, de welke met regt gehouden word voor den oprechten Euphorbium der Ouden, en dat se wel ten opsichte van desselfs geboorte plaats, als van wegen hare krachten: want alle Autheuren, soo wel de Oude als Jonge getuygen eenpaariglyk dat den Euphorbium in Africa groeit, waar van desselfs Gomme, of gedroogde Sap, 't welk in de Apotheken ook de name van Euphorbium is dragende, nog hedendaags uyt die boven gemelde Stad in Europa gevoerd word; 't is voorwaar te verwonderen, dat den Ed. Heer Johannes Commelin, die een seer wel geoeffend Botanist en naukeurig Onderzoeker der Simplicia geweest is, in syne aanteekeningen over den Hortus Mal. in 't 2. deel van 't 42. cap. de Scadidacalli der Malabaren voor den oprechten Euphorbium der Ouden voorstelt; ook schynt hy sig selven op die selve plaats tegen te spreken, om dat hy aldaar bekent, dat Africa de geboorte plaats van den Euphorbium te houden is; en dat de maniere van de Gomme te versamelen aan de Malabaren onbekend is; als mede dat het Sap van de Scadidacalli daar alleen by de Medicyn-meesters in gebruyk is; Edog 't schynd den Autheur geabuseert te zijn, wegens de drooge stukken van 't Gewas van den Euphorbium uyt Barbaryen onder de Gomme mede gebracht en gevonden zynde; want de Sap-ryke Gewassen gedroogt zynde, krygen een geheele andre gedaante; daar-en-boven soo consteert het, dat dat Gewas van forme, en in getal van hoeken dikwils komt te varieren, want wy hebben ondervonden, dat ons meer als eenmaal uyt Zandige en Woeste plaatsen van Africa digt by Zalée gelegen, gesonden zyn, soo jonge als oude Planten, die van forme veel van den anderen verscheelden; ja selfs is ons ook dese afgetekende Plant met stukjens van de Gomme daar aan vast sittende overgesonden; wy en willen evenwel niet tegenspreken dat ook in andere plaatsen van de Wereld sodanige Gewassen gevonden werden, daar den Gom Euphorbium uyt komt te druppelen, buyten dat meer gemelde gedeelte van Africa, want wy zyn versekert dat Guinea ook twee soorten van Euphorbium voortbrengt, die ons ook wel daar van daan overgestuurt zyn, waar van d'ene met de Scadidacalli van den Hort. Mal. genoegsaam is overeenkomende, d'andere in tegendeel is gebladert, en groeit tot de hoogte van een matelyken Boom, waar van den Beaumondschen Hof, die van seer veel rare Gewassen rykelyk versien is, nog een jonge Plante besit.

De Bloemen deses Gewaschs, tusschen de Doornen voortkomende, sitten op een breetachtig, en gekelkt (calyculato) *steeltjen, 't geen eenigsints een kruyd-nagel is verbeeldende, en zyn dese Bloemen vyf-bladerig, ligt geel van couleur, versien met eenige Bloem-draden, als mede van een lange voetsel toebrengende Bloem-styl, hier aan komt een driekant Zaat-huysken te groeien, gelyk zynde die van de Wolfs-melk, waar in drie zaden gehuysvest werden, dewelke rond, grauw, en van binnen met een witte pit versien zyn.*



EVPHORBIVM VERVM ANTIQVORVM.

Fig. 12.

C A P. XII.

EUPHORBIUM ANTIQUORUM VERUM. SCADIDACALLI *Horti Mal.*

E Radice lignea, nivea, spissa, fibris crebris prædita, rectâ in terram sese demittente, emergit stipes, qui in Horto Nostro duorum pedum proceritate, in loco autem natali in arboris magnitudinem sese attollit, articulatus, triangularis, & quadrangularis, marginibus sinuosis, angulosis, è quorum angulis spinæ bicompositæ, crassæ, curtæ, fuscæ, rigidæ, nitentes, rectæ, à se invicem decedentes, emergunt.

Stipes autem in ramos dirimitur, foliis privos, nisi particulæ seu appendices foliaceæ, quæ in oris solitariæ, spinis adsitæ sunt, foliolorum nomine insignire quis vellet; hæ mihi ferè imposuissent primâ fronte, videbantur enim florum rudimenta, ast verò nullâ insequente expansione, marcescebant: ita ut flores nunquam ostenderim; crediderim tamen hujus plantæ flores cum aliorum Tithymalorum floribus convenire, & hancce plantam pro Euphorbio antiquorum esse habendam.

Succo acri, lacteo, turget, qui copiosè ex ea profluit, quacunque parte læsa.

Hanc liberalitate & munere Nobilissimi D. D. Henrici van Rheede *tot* Drakesteyn &c. &c. possidemus, qui nobis eam Zeylona transmisit, nomine *Sidracalli.*

Per ramulos abscissos, soloque impactos, sese propagari patitur, Opuntiæ ad

OPREGT EUPHORBIUM DER OUDEN.

De Wortel van dit Gewas, wit, houtagtig, dik, en zazelrijk zijnde; schiet regt neder in de aarde, voortbrengende een drie ook wel vierhoekige, en in leden verdeelde stamme, die nu in onsen Hof de hoogte heeft van twe voeten, en in dessels natuurlijke groei-plaats tot een Boom word; Dese stamme en is niet effen nog gelijk aan de hoeken, maar uyt- en in-gaande met groeven en verhevenheden of uytstekende hoeken, die yder met twee byeenstaande dikke; korte, bruyne, harde; regte, blinkende, en van den ander wijkende doornen begaaft zijn.

Verders word dese stamme in bladerlose takken verdeeld, ten zy men die bladeragtige aanhangzelkens, dewelke digt aan de doornen eensaam gevonden worden, bladeren wilde noemen; Dese souden my in d'eerste opslag mijner oogen bykans bedrogen hebben; aangesien my deselve als beginsels van bloem-knopjens voorquamen; maar deselve verdwenen sonder haar te openen, soo dat ik de bloemen noyt gesien hebbe; egter niet te min soo geloove ik datse met die van andere Wolfs-Melkx bloemen overeenkomen, en dat dese Plante voor het Euphorbium der Ouden te houden is.

Wat deel deses Gewas gequest komt te worden, soo falder altoos een wit en scherp sap overvloedig uytvloeyen.

Het is ons toegesonden en vereert door den Ed. Heer Henric van Rhede tot Drakesteyn &c., die ons 't selve uyt Ceylon overgestuurt heeft, met de name van Sidracalli.

Men kan dese Plante voortteelen door afgesnede takxkens, dewelke in de aarde

M exem-

exemplum, parcè tamen irriganda, quamvis multo indigeat calore.

gestoken zijnde komen te groeien, gelijk het gewas Opuntia; edog moet niet te veel vogtigheid aan deselve gegeven worden, hoewel het veel warmte nodig heeft.

OBSERVATIONES.

Flores quinis petalis, semilunaribus, crassis, rigidis, planis, ex viridi flavescentibus, Ela-calli similibus, constant, pedicellis semuncialibus fulti, singulares, bicompositi, tricompositi, quorum medius, & major primò sese expandit, cæteris consequentibus ex adverso priori adsitis, pedicellisque minimis aut nullis fultis.

Ex florum umbilico stamina emergunt numero incerto, quod in Ela-calli quoque locum habere comperimus.

Floribus marcescentibus succedunt vascula seminalia tricocca more congenerum, in quibus tria semina rotunda, extus cinerea, intus verò albicantia.

AANTEKENINGEN.

De Bloemen van dese Plante sijn vyfbladerig, en desselfs bladerkens halfmanig, dik, styf, plat, geel-groen van verwe, gelyk die van de Ela-calli; deselve steunen op voetjens, die een halve duym lang zyn, en staan eensaam, ook wel twe en drie byeen, waar van alsdan het middelste en grootste sig eerst komt te openen, de andere twe dwers over den ander staande, komen te volgen, die byna geen voetjens en hebben.

Uyt het midden of navel der bloemkens komen die bloemdraden te voorschyn, en dat in een onseker getal, 't welk wy ook bevinden in de Bloemen van de Ela-calli.

De Bloemen vergaande soo volgender driehoekige Zaadhuyskens, gelyk in haar medesoorte, waar in drie Zaden gehuysvest worden, dewelke rond, van buyten grauw, en van binnen wit zyn.



CAP.




TITHYMALVS INDICVS ARBORESCENS SPINOSVS NERII FOLIO. Fig. 13.

C. A P. XIII.

TITHYMALUS INDICUS ARBORESCENS SPINOSUS NERII FOLIO. ELA-CALLI.
Hort. Mal. Part. 2.

E radice crassa, longa, in terram recta descendente, caudex exit rectus, duas uncias crassus, parte inferiore griseus, superiore verò atro vitore præditus, spinisque rigidis, fuscis, foliorum exitui suppositis, armatus.

Folia supremum caudicem stipantia; bina inter se opposita, spithamam longa, tres digitos transversos lata, ex angusto principio in subrotundum apicem dilatata, linguiformia, atro virore perfusa, crassa, glabra, succo lacteo acri turgida, quô tota quoque gaudet planta: Ubi folia inferiora flavedinem induunt, brevi decidunt, novis interim in supremo caudice renascentibus.

Ex basi foliorum flores exeunt (Mensibus Junio, Julio, non raro quoque serius, præsettim eo loci, ubi caudex foliis est viduatus) rigidis longisque petiolis insidentes, & quinis petalis luteo-viridibus & rotundis constantes, in quorum medio capitulum prominulum, staminum loco.

Hisce marcescentibus succedunt seminum conceptacula trilatera.

Perquam tenera frigorisque impatientissima est planta, quæ parcissimè irriganda, conservandaque hyeme in repositoriis vitreis, ineunte verò æstate stramini benè stercorato imponenda.

Vires quod attinet, eas convenire cum cæteris Euphorbii speciebus, non est cur

INDIAANSCH BOOMAGTIG GEDOORNT WOLFS-MELK, MET OLEANDER BLADEREN.

De stamme, die sijn oorspronk heeft uit een dikke, lange, en regt neder schietende wortel, is twe duym dik, van onderen grauw, van boven donker groen, en met stijve, scherpstekende, bruyne doornen beset, dewelke onder der bladeren oorspronk voortkomen.

De bladeren staan digt byeen, aan het opperste van de steel, twe aan twe over den anderen; deselve sijn een spanne lang, drie vingeren breet, smal aan haar begin, ook rondagtig en breet aan haar uyteynden, donker groen, tongswijse, dik, glad, vervult met een wit scherp melkagtig sap, waar van de geheele Plante ook versien is; wanneer d'onderste bladeren geel worden, soo vallense in korten tijd af, in welkers plaatze, eenigen tijd daarna, andere komen aan te groeien.

De Bloemen komen voort aan den oorspronk der bladeren, en dat op stevige en lange voetjens, (in de Maanden van Juny, July, ook wel later, en voornamentlijk ter plaatse des stams, daar de bladeren afgevallen zijn:) dese sijn gemaakt uyt vyf geel-groene ronde bloem-bladerkens, in welkers midden een uytpuylend hooftje sig opdoet, in plaatse van Bloemdraden.

Na't vergaan der Bloemen, vertonen haar drieboekige Zaadhuyskens.

Dit gewas is seer teder, en kan ook tegens geen koude, het moet weynig waters gegeven worden tot desselfs onderhoud, en 's winters in glasekassen gehouden worden; 't is ook nodig datmen 't selve in 't begin des somers op goede paerdemis set.

Aangaande de kragten, ik en twijfele niet of deselve komen over een met die van du-

dubitem; quid ulterius circa vires sentiant Authores Hort. Malab. Vide *Hort. Mal. part.* 2. ut & *Raium Hist. Plant. tom.* 2. *fol.* 1888.

Hanc possidemus plantam ex munere Domini Laurentii Pyl, Urbis Columbo olim Gubernatoris dignissimi.

OBSERVATIONES.

Folia decidua, vestigia relinquunt albicantia, & nonnihil quoque protuberantia, spinis munita.

Floribus, qui primò erant singulares, emarcidis, tempore hyemali plures sub iis emergunt novi cauliculi, flores novos umbellatim ferè dispositos sustinentes, sicuti figura annexa asterisco notata, visui exhibet.

Florum umbilicus planus, & amplus, stamina possidet terna, quaterna, quina, & plura, brevissima, spadicea, apiculata.

Apices in unoquoque flore bicompositi, rotundi, minutissimi.

de andere soorten van Euphorbium, en wat de Autheuren van den Hortus Malabarius daar ontrent verders gevoelen, ziet het twede deel desselfs Boek *hier op na. Als mede* Ray. Hist. Plantarum tom. 2. fol. 1888.

De Heer Laurentius Pyl, doenmaals Gouverneur van Columbo, heeft ons dese Plante overgestuurt.

AANTEKENINGEN.

Wanneer de bladeren komen af te vallen, soo laten sy eenige witte voetstappen of tekenen na, dewelke wat uytpuylen, en met doorens beset zijn.

De Bloemen, die in haar eerste voortkomen eensaam waren, vergaan zynde, soo ist datter 's Winters onder haar veele nieuwe steeltjens voortkomen, dewelke ook nieuw opkomende bloemen ondersteunen, dewelke als dan byna wayerswys (umbellatim) *geplaatst staan, gelyk de nevensgaande Fig. met een sterretje aanwijst.*

Des Bloems navel vlak, en breet zynde, heeft 3.4.5. *en meer bloem-draden, dewelke seer kort, bruyn-couleurig en gehooft zijn.*

Deser bloemdraaden hoofijens sy gepaart, rond, en seer kleen.



CAP.



TITHYMALUS INDICUS FRUTESCENS. *Fig. 14.*



C A P. XIV.

TITHYMALUS INDICUS FRUTESCENS.
Raii Hist. Plant.
TIRU-CALLI
Horti Mal.

Radice constat ligneâ, albâ, stipitem emittente singularem, crassum, tripedalem & proceriorem, è quo rami varii, rigidi, glabri, splendidi, virescentes, inordinati, articulati, producuntur, qui alios quoque ramulos diffundunt. Foliola pauca, nullo ordine posita, hisce adnascuntur ramulis, suntque oblonga, angusta, crassiola: plures quoque ramuli aphylli.

Flores nunquam à me conspecti, multo minus vascula seminalia; sed juxta descriptionem Authorum Horti Malabarici cum cæteris Tithymalorum speciebus parum conveniunt, vasculis seminalibus exceptis, quæ, ut in congeneribus, seminibus quoque ditantur tribus exilibus, rotundis.

Tota hæc planta succo gaudet lacteo, acri, indigetque multo calore, modico solo, paucoque humore.

Viribus penè iisdem, queis cæteræ Tithymalorum species & hæc gaudet.

De facili propagatur non solùm semi-

INDIAANSCH HEESTERAGTIG WOLFS-MELK.

Dit Gewas heeft een witte Wortel; dewelke houtagtig zijnde, een enkelde en dikke stamme voortbrengt, drie en meer voeten hoog groeiende; uyt dese spruyten verscheyde stijve, gladde, groene, en blinkende takken, dewelke sonder ordre voortkomende, en haar in meer andere en kleendere takxkens verdeelende, met weinige, dikke, langwerpige, smalle, en onordentelijk staande bladerkens beset zijn: Ook werden sommige takxkens bladerloos bevonden.

De Bloemen, veel min de Zaadhuyskens, sijn van ons oyt gesien; maar volgens de beschrijvinge der Autheuren van den Hortus Malabaricus, hebben sy weinig overeenkomste met de andere soorten van Wolfs-Melk, uytgenomen de Zaadhuyskens, dewelke, nevens andere Wolfs-Melk, ook drie kleene, ronde Zaadjens besitten.

De geheele Plante is vol van wit melkagtig, en scherpbytend sap, en begeert tot desselfs aanwas veel warmte, niet veel aarde, en weynig waters.

De kragten komen overeen met die van de andre zoorten van Wolfs-Melk.

'T word niet alleen door Zaad, maar

ne, verùm etiam ramulis abſciſſis, & ſolo impactis.

Acceptam referimus hanc plantam Nobiliſſ. D. Laurentio Pijl, Gubernatori civitatis Columbo in Ceylona.

ook door afgeſneden takxkens in de aarde geſtoken zijnde, ligtelijk voortgeteelt.

Deſe is ons toegeſonden van den Ed. Heer Laurentius Pijl, Gouverneur van de ſtad Columbo, leggende op het Eyland Ceylon.



C A P.





TITHYMALVS ARBOREVS AMERICANVS COTINI FOLIO — Fig 15

C A P. XV.

TITHYMALUS ARBOREUS AMERICANUS COTINI FOLIO. *Cat. Hort. Med. Amst.*

HÆc planta, ut & eorum semina, nobis transmissa A°. M DC Lxxxvi. ex Insula Curacao, incepto nomine *Massinilia Sylvestris*; neutiquam enim Massinilia Tithymali species est, (quamvis incolæ istius Insulæ omnibus plantis lactescentibus, sine ullo discrimine, tribuant nomen *Massinille*) Massinilia verò arborea est planta, & quidem pomifera, sicuti posthac demonstrabitur.

Est huic radix lignea, alba, multifida, succo lacteo acri prægnans, quo non solùm radix, verùm etiam tota turget planta.

Caudex geniculatus, coloris fusci, tripedalis & altior, pollicem crassus; Notandum tamen hanc plantam in solo natali nascentem, crassiorem & staturà altiorem esse.

Rami laterales originem ducunt è geniculis caudicis supremi, foliis cinctis bicompositis, ex adverso pediculis longioribus insidentibus, subrotundis, tenuibus, hilariore viriditate præditis, formà Cotini Plinii similibus, insigni costà præditis, è quâ plures emergunt minores, arcuatæ, mucronem haud attingentes.

Flores, quos Mense Julio videre mihi contigit, plures simul juncti, pediculo innitebantur communi, longiori, è quinis petalis constructi, exigui, luteo-virescentes, pro[illegible]is pedicellis brevibus fulti, medium obsidentibus staminibus tribus, bifidis, ut & stylo prominente.

Flore præterito, succedit vasculum seminale triquetrum, pediculo longiusculo nutante hærens, è perianthio oriundum, tribusque seminibus instructum.

AMERICAANS BOOMAGTIG WOLFS-MELK, met BLADEREN van COTINUS, of VERUW-LOOF.

DEse Plante, als mede hare Zaden, zijn ons in 't Jaar 1686. *toegesonden uyt het Eyland Curacao, onder een verkeerde benaminge van* Wilde Massinille, *want de Massinille en is geen soorte van Wolfsmelk, (hoewel d' Inwoonders van dat Land, aan alle de Melkgevende Planten, sonder eenige onderscheyd, de name van* Massinille *toeeygenen;) edog Massinille is een Appeldragende boom, gelijk na desen getoont sal werden.*

Dese hare wortel is wit, houtagtig, en in verscheide deelen verdeelt, welkers sap, als mede dat van de geheele Plante, veel, wit, en scherp is.

De stamme in leden verdeeld zijnde, is drie en meer voeten hoog, een duym dik, bruyn van schorsse: en staat te consideeren dat dit Gewas op hare natuurlijke groeiplaats, hooger en swaarder word.

De zijde-takken hebben haren oorsprong uit de leden, die aan het opperste van de stamme staan, als mede de bladeren twe aan twe over malkanderen op lange bladerstelen rustende, en sijn dese bladeren rondagtig, dun, bly-groen van verwe, van gedaante die van de Veruw-loof (Cotinus *van* Plinius) *gelijkende, en begaaft met een groote en uitstekende ribbe, waer uit veele kleene boogwijse aderkens voortkomen, dewelke tot het eynde der bladeren niet komen te strekken.*

De bloemen vertoonen haar by ons in de Maand van July, en staan op lange gemeene steeltjens veel by een, vyfbladerig, kleen, geel-groen van verwe, ider apart op een kort voetjen aen de gemeene bloem-steel vaststaende, in 't midden beset met drie in twee gespouwe bloem-draden, als mede met een uytstekende bloem-stijl.

Na de bloem volgt een drieboekig Zaadhuysken, nederwaerts hangende aen een langagtig steeltje, 't welk uit het bloemkokertjen sijn oorsprong neemt, in sig bevattende drie zaden.

Plantæ folia hyeme instante sæpius decidunt, novis ineunte æstate succrescentibus.

Tenera admodum planta isthæc, frigus haud ferens, quamobrem in repositorio vitreis fenestris instructo, conservanda.

Succo turget nocivo & acri, quo istius loci Incolæ sagittarum cuspides allinunt, quibus si quis lædatur, in vitæ discrimen deducitur, ob atroces dolores & inflammationes excitatas, quæ insanabiles audiunt, necemque ut plurimùm inducere solent; Mancipiis, arbores in saltibus conscissum excuntibus, terrorem infert hæc planta ab iis visa, propterea quod ex minima ejus læsione humor acris & causticus in eorum corpora nuda prosiliens, dolorificas excoriationes excitat, cutimque exulcerat; ita ut incautè tractanda non sit.

Gaudet hæc solo modicè irriguo & laudabili.

Tegens de winter soo vallen de bladeren dikwils af, die dan tegens de somer haar wederom vernieuwen.

Dit is een teder gewas, 't geen de koude niet verdragen kan, weshalven men het in glasekasse bewaren moet.

't Selve is vervult van een scherp en schadelijk sap, waer mede d' Inwoonders van dat Eyland de punten harer pijlen komen te bestrijken, waer mede soo iemand komt gequetst te werden, in gevaar sijns levens raakt, en dat wegens de swaere pijnen, en ontstekinge, dewelke ongeneeslijk gehouden worden, en meest de dood veroorsaken: Wanneer de Slaven in de Bosschen de Boomen gaan bakken, soo schrikken sy, wanneer dit gewas van haer gesien word, om dat na een geringe quetsinge deses Booms, een scherp en brandend vogt op hare naekte lighamen springende, pijnlijke ontvellingen veroorsaakt, en de huyt doet versweren, soo datmen dit gewas niet sorgeloos en moet handelen.

't Vereyst tot desselfs wasdom matelijke vogtigheyt, en goede aarde.

OBSERVATIONES.

Nullus mortalium hunc fruticem, flore & semine viduum, Tithymali speciebus accensendum esse, hariolaretur; folia enim, præter normam aliorum Tithymalorum, maxima, Cotini suppària, pediculis longioribus fulta, nervis albicantibus prædita, & ut plurimùm tricomposita sunt: Floribus autem seminibusque perspectis, luce meridiana clarius constat, Tithymali denominationem huic competere. Clarissimo Viro P. Hermanno in Prodromo Parad. Bat. *Tithymalus Curassavicus folio Cotini, Massinilia Sylvestris*, dicitur. Apud Nobilissimum Jacobum Breynium audit *Tithymalus Surinamensis arborescens, Cotini sive Coccygriæ foliis & facie.*

Flosculi luteo-albicantes, utplurimùm quidem pentapetali existunt, non raro tamen eos (Plantâ commodum solum & calorem nactâ) ita luxuriantes offendimus, ut senis petalis, iisque planis & orbicularis constiterint: Qui ortu sunt posteriores flores, quandoque tetrapetali sunt & minores: Horum flosculorum petalis imponuntur alia minora, & saturatius colorata petiola, ut liquet ex annexa figura asterisco notata.

Qui primus emergit flosculus, cæteris circumpositis grandior, pedicolo longiori quoque innititur.

Hanc plantam vigentem & floribus umbellatim ferè dispositis onustam, Mensibus Majo, Junio, Julio, & Augusto, conspeximus.

Antequam marcescunt flosculi, fructus tricoccos promunt, qui nutantes dependent à pediculis virescentibus, è medio flosculorum oriundis.

Stamina nivea, brevia, apiculas flavescentes gestantia, decem non rarò in unoquoque flore numeravimus.

AANTEKENINGEN.

Niemand ter wereld en zoude dese Heester voor Wolfs-melk aanzien, soo lang deselve Bloem- en Zaadloos is, want de bladeren sijn ongemeen veel grooter als eenige van de andere Wolfsmelken, gelykende eenigzints die van de Veruw-loof, en versien zynde van witte zennen, sittense drie aan drie op lange voetjens: Edog de bloemen en zaden gesien zynde, soo blykt het middag klaar, dat de benaminge van Wolfs-melk aan dese Plante eygen is. By den Ed. en seer vermaarden Heer P. Hermans werd deselve geheten in sijn Prod. Parad. Bat. Curasausche Wolfs-melk met Veruw-loofs bladeren, *anders* Wilde Massinille *genoemt zynde. Den Ed. Heer J. Breynius heetse* Surinaamsche Boomagtige Wolfs-melk, van gedaante en couleur met Veruw-loof overeenkomende.

Dese hare geel-witte Bloemskens sijn gemeenlyk wel vyfbladerig, maar ons sijn deselve ook wel soo luxuriens ontmoet, datse (van goede aarde, en behoorlyke warmte versien zynde) uit ses bloem-bladeren haar bestaan hadden, sijnde deselve plat, en rond; De laast voortkomende bloemen sijn somtyds kleender, en vierbladerig; op dese bloem-bladeren leggen nog andere kleendere bloem-bladerkens, gelyk sulkx uit de figure, met een sterreken getekend zynde, is blykende, en zyn dese laatste hooger van couleur.

De eerst voortkomende Bloem, is grooter als een van de andere omstaande, deselve steunt ook op een langer voetjen.

In de Maanden van May, Juny, July en Augustus sijn ons dese hare Bloemen, byna wayers-wys gerengeert zynde, voorgekomen.

Eer dat de Bloemkens komen te verdrogen, soo brengen sy driezadige vrugten voort, dewelke nederwaarts hangen, aan groene steeltjens, dewelke uyt het midden der Bloemkens voortkomen.

In yder bloemken hebben wy dikwils tien witte, korte bloem-draden gesien, die versien waren van geele hoofstjens.

C A P.




TITHYMALVS CVRASSAVICVS MYRTI FOLIVS.
Fig. 26

C A P. XVI.

TITHYMALUS CURASSAVICUS MYRTI-FOLIUS, FLORE PAPILIONACEO, COCCINEO, PARVO. *Parad. Bat. Prod.*

Radice est albâ, lignosâ, crassiusculâ, caudicem producente digitum transversum crassum, teretem, geniculatum, bipedalem, & proceriorem cortice obscurius viridi cinctum, parte supiore ramosum.

Folia incondita ad Myrti foliorum formam accedentia, crassa, glabra, atro-viridia, in nostrate solo cœloque circa finem autumni decidua.

Summis ramis flores insident coloris sanguinei, singulares, floribus Papilionaceis subpares, pediculis longioribus fulti, & variis staminibus, stilum circumstantibus ornati.

Singulis floribus quatuor succedunt semina, capsulis seminalibus quadrangularibus inclusa, è quorum summo spiculum tenue prominet.

Aëris rigidioris injurias ægrè fert, ideoque multo calore, pauco humore, soloque macro indiget.

Propagari & multiplicari patitur per surculos terræ commissos. Hæc planta omnibus partibus lacteo, acri, & vellicante succo imprægnata, brevi vesiculas in cute excitare valet, ita ut, usum intrinsecum humano generi nocivum esse, crediderim.

Hanc plantam possidemus munere Nobiliss. & Strenuiss. Viri, D. Simonis à Beaumont Nobiliss. & Præpotentiss. D. Ord.

CURASSOUSCHE WOLFS-MELK, MET MYRTUS BLADEREN, en een KLEINE PAPILIOENS-WYSE SCHARLAKE-RODE BLOEM.

Dit gewas heeft een dikagtige, witte, en houtagtige wortel, waar uyt een rond, geleed, en een vinger dik stammeken voortgebragt word, het welke van een donker-groene bast omvangen, en van boven in takken verdeeld zijnde, twee voeten hoog, ook wel hoger, komt te groeien.

De bladeren staan irregulier, en zijn van gedaante of forme na die van de Myrtus wat hellende, glad, dik, donker-groen, en vallen hier te lande tegens het uytgaan van den Herfst af.

De Bloemen staan eensaam aan het uyterste der takxkens; deselve sijn bloet-rood van couleur, hellende, wegens hare gedaante, na die van de Papilioen-bloemen (Papilionacei,) *rustende op langagtige steeltjens of voetjens, en sijn versien van verscheide bloem-draden* (stamina) *die haar rontom de bloemstijl laten vinden.*

Na dat de Bloemen komen te vergaan, soo volgender vierhoekige Zaedhuyskens, uit welkers midden een angeltje voortgebragt werd, en werden in dese huyskens vier zaden onthouden.

Nadien dit gewas geen koude verdragen kan, soo moetmen het in een warme plaetse bewaren, 't selve in magere aarde settende, en weynig waters gevende.

Het kan wel aangequeekt en voortgeset worden door afgesnede, en in de aarde gestoke takjens: Ook kan het wel bleynen in't vel verwekken, wanneer het melk-witte en scherpe sap, waar van dit gewas alsints versien is, op het vel gelegt word: soo dat ik het inuerlijk gebruyk voor de menschen schadelijk houde.

Wy hebben het gekregen van den Ed. Heer Simon van Beaumont, Secretaris van de Ed. Gr. Mog. Heeren Staten van Holland

Q Holl.

Holl. & Westvr. à Secretis, cui ob publica, in rem Botanicam merita, immensum debet orbis noster.

OBSERVATIONES.

Inter plantas rariores jure merito reponenda quoque hæc Tithymali fruticosi species, quæ, non solùm ob florum intentissimè rubentium colore hilariore, spectanti arridet, verùm etiam oculos formâ admirandâ moratur.

Hæc nobis succrevit ad tricubitalem proceritatem, in ramos pedales & breviores, ad exortum tenuiores, paucisque foliis amictos, brachiata.

Foliorum mira est varietas non solùm magnitudine, verùm etiam formâ, idque secundum solum, cui committitur planta, ea, quæ summis insident ramis, formâ haud sunt disparia foliis Myrtinis, ima verò & ortu prima, sunt magna, subrotunda, minusque mucronata, & admodum crassa, ad longiuscula intervalla posita, ut & maculis purpurascentibus non paucis notata, ab angusta basi brevissimis pedicellis ramis cohærentia, & in latum sese diffundentia; suntque vel ipsa Portulacæ nostratis foliis crassiora, solidiora, rigidiora, & margine subinde undulata.

Hisce defluxis, vestigia albicantia in caudice relinquuntur, quæ prima fronte visa, genicula quidem mentiuntur, sed minus aptè dicitur caudex hujus plantæ geniculatus.

Flores, summis ramis insident singulares, suntque tetrapetali difformes, extrinsecè saturo colore sanguineo, intrinsecè verò dilutiore præditi: Petalum supremum galeam repræsentat, estque nonnihil excavatum, hic duo emergunt staminula, adeò brevia, ut nudis oculis vix conspici possint; hisce insident apices luteoli, sphærici, lucidi: Galeâ dictâ ablatâ, in conspectum producuntur alia duo ejusdem generis staminula apiculata, è parte interiore petalorum lateralium magnitudine cætera longè superantium, & introrsum reflexorum, oriunda. Quartum & ultimum petalum sub galea situm extremo bifidum, imò trifidum & quodammodò quadrangulare.

Præter staminula supracitata in intimo flore decem alia occurrunt stamina, quorum quina longiora, totidemque breviora existunt pilosa, ad exortum dilutè viridia, versus apices rubicunda, quæ cætera antecellunt proceritate, apicibus gaudentia bicompositis, pullis, puncto luteo notatis: breviora verò, apicibus sunt viduata. Hisce decem annumeranda quoque sex alia stamina, prædictis breviora, quorum tria sunt apiculata, totidemque apicibus destituta: & quod notandum inter omnes apices memoratos, hi ultimi præcedentes omnes magnitudine præcellunt.

Stylus, staminibus triplo aut quadruplo crassior, pilosus, staminibus concolor, circa extremum ventricosior factus, in vasculi seminalis rudimentum & sic porrò in vasculum seminale triquetrum extumescit, processu prominulo extremo bifido, coloris sanguinei, è sui medio emergente. Singula vascula tria continent semina.

Florum petalis à se invicem deductis, guttula liquoris limpidi, instar Sacchari dulcis, occurrit.

en Westvriesland, aen wie de gantsche wereld verpligt is, wegens d'occasie, die hy heeft gegeven, om tot kennisse der Uitheemsche Gewassen te komen.

AANTEKENINGEN.

Dese Heesteragtige soorte van Wolfs-melk moet ook met regt onder de rare soorten van Gewassen gerekend werden, wiens aangenaame schoon rode couleur niet alleen welgevallig is, maar ook soo staan onse oogen als opgetogen over hare wonderlyke gestaltenisse.

Het is by ons drie ellebogen hoog opgeschoten; en verdeeld sig in takken van een voet lang, ook wel korter, dewelke aan 't begin of grond, dunder zyn, als wel in haren voortgang, en werden met weynige bladeren bekleet.

Na de gesteldheyt van de aarde, daar dese Plante in groeit, soo sijn deselfs bladeren sonderling van den anderen onderscheiden, en dat niet alleen ten opsigt van hare groote, maar ook wegens hare gedaante; die gene, dewelke aan 't bovenste der takken sitten, gelyken wat na die van de Myrtus, maar de onderste, en eerst voortkomende, sijn groot, rondagtig, seer dik, min spits toelopend, een weynig van elkander staande, smal aan haar grond, en verders breet toelopend, met veele purper-verwige vlakken getekend, de Porceleyn-bladeren in dikte geensints wykende, ook steviger, en vaster als deselve, aan hare zyde somtyds wat op en nedergaande, en door bysonder korte steeltjens aan de takken gehegt.

Dese bladeren afgevallen zynde laten eenige witte voetstappen en tekenen na, dewelke met het eerste opslag der oogen gesien zynde, wel eenige leden representeren, maar nader besien zynde, bevintmen sulkx valsch te wesen; soo datmen die stammeken, geen leden toeschryven kan.

De Bloemen sitten aan de uyteynden der takxkens, en dat eensaam, sijnde irregulière vier-bloem-bladige (tetrapetali difformes) *Bloemen, welkers couleur uytwendig hoog-bloetroot, en van binnen ligt-bloet-root is: Het bovenste bloemblad, verbeeld een helmtjen, en is wat uytgeholt, ontrend welke holte twe bloem-draden haar opdoen, die soo kort zyn, datmense sonder vergroot-glasen naulyx sien kan, dese sijn van ronde, geele, en blinkende hoofsjens versien: Dit helmtje weg genomen zynde, komen ons nog twee andere gehoofde bloem-draden uit het binnenste van de twee op zyde staande bloem-bladeren voor, en komen dese Bloem-draden in 't geheel overeen met de voorgaande. Dese twee op zy staande Bloem-bladeren overtreffen alle de andere in grootte, en sijn binnewaarts omgebogen. Het vierde en laaste Bloem-blad onder 't geseyde helmtje geplaast zynde, is eenigzints vierkantig, en aan het uyterste in tween of drien gesneden.*

Nevens de bovengemelde Bloem-draden werdender in 't binnenste des Bloems nog tien andere gevonden, waar van datter vyf lange, en vyf korte zyn, dese sijn hayrig, aan haar grond ligt-groen, en roodagtig aan haar eynden, die nu de langste onder dese zyn, deselve hebben twe swarte hoofsjens, met een geel stipjen: de andere vyf korte en zyn van geen hoofsjens versien. By alle dese geseyde Bloem-draden werdender nog ses andere gevonden, korter zynde als de voorgaande, hier van sijnder alweer drie hoofdeloos, en de andere drie van hoofsjens versien: en staat te considereren dat dese laatste topjens groter sijn als eenige van de andere.

De Bloemstyl 3.4. maal dikker zynde als de Bloem-draden, is hayrig, en eencauleurig met de Bloem-draden, dese ontrend het bovenste dikker geworden zynde, set sig tot een beginsel, en soo verders tot een volkome driehoekig Zaadhuysken, uyt wiens midden een ver uytstekend root puntje voortkomt, 't welk aan 't eynde in tween is gescheyden; yder Zaadhuysken heeft drie zaden in sig.

De Bloem-bladeren wat van den anderen geduwt zynde, vertoond sig een heldere en suyker zoete druppel waters.

CAP.



PLANTA LACTARIA AFRICANA. *Fig. 27.*

C A P. XVII.

PLANTA LACTARIA AFRICANA.

Radicem ejus conspicimus obliquam, calamum scriptorium crassam, fibris paucis donatam.

Caudicem erigit sescunciam altum, crassitie pugnum non rarò superantem, rotundum, ligneum, cortice griseo vestitum, tuberculis suis Pini fructum imitantem; hujus pars superior stolonibus stipatur spithameis, dodrantalibus & brevioribus, qui ad caudicem unciam crassi, tuberculis quadrangularibus, superiore autem parte squamis oblongis, amicti, Pini fructus quoque æmuli.

Foliola incondita per stolonum partem superiorem nascuntur angusta, semunciam longa.

Lac fundit quacunque parte læsa.

Crescit locis aridis ad Promontorium Bonæ Spei; sub climate nostro flores, multò minus semen protulit.

Præservanda hyeme à brumæ injuriis, in convenienti hybernaculo, ubi tota hyeme vernat, locata.



OBSERVATIONES.

Quamvis à nemine hactenus descripta sit isthæc Planta; audit tamen Breynio Nobilissimo Prodrom. 2.

AFRICAANSCHE MELK-GEVENDE PLANTE.

De wortel loopt schuyns door het aardrijk, in dikte met een schrijfpenne overeenkomende, en met weynige zazelingen versien.

Desselfs stammeken regt sig anderhalve duym hoog van de grond op, die een vuyst in dikte somtijds komt te overtreffen; deselve is rond, houtagtig, omvangen met een grauwe schorsse, en wegens sijne knobbelen een Pijn-appel gelijkende; uyt het bovenste van dit stammeken komen seer veel en digt byeen staande scheuten voort, dewelke een spanne, ook wel drievierde van een voet lang zijn, somtijds mede wel korter; aan haar grond sijnse een duym dik, en aldaer met vierkante heuveltjens beset, maer boven aen doen haar langagtige schubbens op, verbeeldende mede de vrugt eenes Pijnappels.

De bladeren groeien sonder ordre langs het bovenste van de geseyde scheuten, deselve sijn smal, en een halve duym lang.

Men bemerkt, datter uyt dit Gewas, waer het ook gequest word, een melkagtig sap komt te vloeien.

Het wast op de Caap de Goede Hoop, en dat in sandige en drooge plaatzen; onder dit ons climaat en heeft het nog geen bloemen, veel min eenig zaad, voortgebragt.

Men moet het voor koude en guure winden des winters wel bewaren, en dat in een bequaem winterhuys, alwaar het de geheele winter groen blijft.

AANTEKENINGEN.

Hoewel dese Plante tot nog toe van niemand beschreven is, soo werdse nogtans van de Heer J. Breyne gedagt in sijn

Tithymali fortè genus Planta lactaria Africana, Pini fructuum facie, cui & nos suffragamur.

Folia quidem admodum angusta & nonnihil mucronata, sed satis crassa, succo niveo non admodum urente turgentia, nullisque pedicellis fulta.

2. *Prodromus*, *met de name van* Melk-gevende Africaansche Plante, van gedaante een Pijn-appel gelijkende, en mogelijk onder 't geslachte van Wolfs-melk behorende.

Desselfs steelloose bladeren sijn wel seer smal, maar ook redelyk dik, vervuld met een sneeuw-wit sap, 't welk niet seer scherp is.







ALCEA BENGALENSIS SPINOSISSIMA. *Fig.* 18



CAP. XVIII.

ALCEA BENGALENSIS SPINOSISSIMA ACETOSÆ SAPORE, FLORE LUTEO-PALLIDO, UMBONE PURPURASCENTE.

ANno M DC Lxxxviii. Nobilissimus Dominus Henricus van Rheede, *tot* Drakesteyn, Toparcha in Meydrecht, &c. hujus Plantæ semina, nomine *Nelta*, insignita, ad nos transferri curavit; è quibus hanc educavimus plantam, cui radix nivea, lignea, numerosis fibris capillata.

Caulis neutiquam teres, ast verò angulosus, cortice herbido amictus, sentibus undique horrens, hominis proceritatem assequitur.

Rami inordinatè positi, spinis quoque armati, foliis ornantur digitatis, in quinas lacinias profundissimas divisis, quæ laciniæ digitum longæ, mucronatæ, nonnihil pilosæ, serratæ, gustu Acetosæ nostratis æmulæ.

Flores ex alis foliorum emergunt peculiari pediculo longiori fulti, pentapetali, amæno colore luteo-pallido, formâ Alceæ Vesicariæ Capitis Bonæ Spei similes, quorum calix in decem segmenta divisus.

Petala magna, ad utrumque extremum lata, oris inæqualia, unguibus purpurascentibus, umbonem repræsentantibus, prædita; quorum medium conus occupat floridus, concolor, multis staminibus, veluti ramulis, præditus.

Floribus emarcidis, succedunt vascula seminalia in quinque partes dehiscentia, in quibus semina hospitantur reniformia, oblonga, exterius gibbosa, interius ad medium concava, colore subfuscô.

DOORNAGTIGSTE SIGNAARTSKRUID VAN BENGALA, met een ZURINGAGTIGE SMAAK, BLEEK-GEELE BLOEM, en een PURPUR-VERWIGE SCHILD.

A*Nno* 1688. *is ons door den Ed. Heer Henrik van Rheede tot Drakesteyn, Heere tot Meydregt &c. het zaed van dese Plante toegesonden, onder de name van* Nelta, *en hebben wy deselve opgequeekende, bevonden wit van wortel te zijn, ook hard en houtagtig, met veele veselen versien.*

De steel een mans hoogte bereykende, is geensints rond, maer hoekig, met een groene bast, en overal met scherpe doornen beset.

De takken onordentelijk voortkomende, en met doornen beset, hebben gevingerde (digitata) *bladeren, in vijf diepe verdeelingen verdeeld, dewelke een vinger lang, voor spits toelopende, eenigzints hayrig, en gescharrt zijn, hebbende de smaek van onse Suering.*

De Bloemen komen voort uit de oxelen der bladeren, staende op byzondere lange steeltjens; deselve zijn vijf bladerig, van couleur ligt-geel en aengenaem, die van de Alcea Vesicaria Capitis Bonæ Spei van maeksel niet ongelijk, welkers bloem-kelk in tien deelen verdeeld is.

De bloem-bladeren (petala) *sijn groot, en breet, soo wel aen haer begin, als uiteynden, aen den omtrek gekartelt en ongelijk, welkers nagels met een purpure-schildwijse vlak begaeft zijn: uyt het midden der bloemen doet sig op een kegelwijse bloeiende stijl, met veele takjens-wijse bloemdraden, die met de stijl in couleur overeenkomen.*

Na de bloemen komen de Zaedhuyskens te voorschijn, die haer in vijven openen, waer in haer de zaden onthouden, dewelke langwerpig, van buyten bultig, binnewaerts ingebogen en niersgewijse van maeksel zijn, en bruynagtig van couleur.

Majorem affinitatem habet cum Acetosa Indica Bontii, quam cum Narinam Poulli Hort. Mal. p. 6. cujus folia in tria segmenta sunt dirempta.

Tenera admodum est hæc planta annua, quæ multo calore indigens, singulis annis è semine renovanda.

Oleracea est herba, cujus folia refrigerandi vi prædita, oleribus, Acetosæ loco, commiscentur.

Ex corticibus caulium exsiccatorum, atque excoriatorum, funes conficiuntur, Cannabe tamen infirmiores.

Dit gewas heeft meer overeenkomste met de Oost-Indische Suering van Bontius, als met de Narinam Poulli Horti Mal. p. 6. wiens bladeren in drie deelen sijn gesneden.

Dese jarige Plante is seer teder, hebbende veel warmte van noden, en word jaerlijkx vernieuwt door zaed.

Het werd onder de Moeskruyden gesteld, wiens bladeren verkoelend, en in plaets van Suering in de Moesen gedaen worden.

Uyt de bast van de gedroogde en afgeschelde stenge werd touw gemaekt, onsterker zijnde, als dat van Hennip.







ALCEA AMERICANA ANNVA FLORE ALBO, MAXIMO FRVCTV MAXIMO SVLCATO *Fig. 19.*

C A P. XIX.

ALCEA AMERICANA ANNUA, FLORE ALBO, MAXIMO, FRUCTU MAXIMO PYRAMIDALI, SULCATO.

Anno M DC Lxxxvi. enata nobis, ex semine è Surinama allato, hæc planta, nomine *Okkoro*, è cujus radice alba, fibrosa, stipes protruditur bipedalis, diametro unciali, librô saturatè viridi præditus.

Folia longis petiolis suffulta, Vitis aut Ricini haud dissimilia, ternis, quinis, senis, septenisve mucronatis, & circa margines crenatis lobis profundè dissecta, sapore fatuo: Hisce deciduis vestigia remanent protuberantia, unde caulis quasi nodosus apparet.

Flores inodori, pentapetali, ad alas foliorum singulares prodeunt, pediculis crassioribus nixi; horum petala albicantia, unguibus gaudent purpurascentibus, medium occupante columellâ flavâ apice purpureo donatâ.

Floribus emarcidis succedunt vascula seminalia, profundè sulcata, longa, crassa, erecta, in apicem acuminata, in quinas, denasve carinas, per maturitatem dehiscentia, colore griseo, in quibus, more congenerum semina continentur numerosa, subrotunda, coloris ex griseo-nigricantis, quorum medulla alba, farinacea ac fatua.

Eodem, quo floruit, anno, putredi-

EENJARIG AMERICAANS SIGNAERTS-KRUID, met een WITTE GROOTE BLOEM, en SEER GROOTE PYRAMIDS-WYSE, en GEVEURDE VRUGT.

IN't Jaar 1686. *hebben wy dit gewas opgekregen, uit Surinaams zaad, 't welk ons met de name van* Okkoro *is overgestuurt. De wortel wit en zazelrijk zijnde, brengt een twee voet hooge stenge voort, dewelke een duym dik is in de diameter, en omvangen van een donker-groene schorsse.*

De bladeren, die op lange steeltjens sitten, sijn die van de Wijngaart, of Wonderboom niet qualijk gelijkende, en in drie, vijf, ses, of seven, aan de kant geschaarde, en smakeloose verdeeldheden, gesneden; Dese afvallende, laten soodanige uytpuylende voetstappen en tekenen na, dat de steng schijnt als knobbelig te wesen.

De bloemen sijn reukloos, vyfbladerig, sittende op dikke steeltjens, die uyt de oxelen der bladeren voortkomen, en dat eensaam; dese hare bloem-bladeren sijn wit, uytgenomen hare nagels, dewelke purpurverwig sijn; in 't midden der Bloemen vertoont sig mede een geele columme, aan 't eynde versien van een purpur-verwig topjen.

Na 't vergaan der Bloemen, doen haar lange, dikke, regt-op-staande, diep geveurde, en puntige Zaadhuysen op; dese openen haar in vyf, ook wel in tien kielwijse verdeelingen, en sijn dese grauw van couleur, waar in, op de wijse van hare mede soorten, veele rond en swartagtige grauwe zaden onthouden werden, welkers inwendig merg wit, meelig, en smakeloos is.

In 't selve Jaar als het gebloeit heeft, is ne

ne correpta est; annotina enim est planta, quotannis semine renovanda.

het bedurven en vergaan, door dien het een eenjarig gewas sijnde, alle jaar op nieuws gesayt moet werden.

Inter plantas amœniores, à florum cultoribus, reponendam esse, censeo, ob florum elegantiam.

Om de voortreffelijkheyt der Bloemen, oordeelê ik, dat het van de Liefhebbers onder de playsantste Planten behoort gesteld te werden.

Multo indiget calore, humore, soloque convenienti.

Het heeft veel warmte, vogtigheyt en goede aarde van noden tot desselfs oeffening.



C A P.



CISTVS LEDON FLORE MACVLÂ NIGRICANTE NOTATO. *Fig. 20.*

C A P. XX.

CISTUS LEDON, FLORE MACULA NIGRICANTE NOTATO.
Joh. Baubin.

QUantumvis hæc Cisti species satis superque ab aliis Auctoribus sit descripta; tamen ob florum amœnitatem iconumque delineationem rudiorem & imperfectam, ab aliis traditam, non incontinnum fore existimavi; hanc quoque exhibere, nullà factà novà descriptione, contentus eà, quam concinnavit & publici juris fecit Carol. Clusius, rarior. Plant. Histor. lib. primo, cujus verba hæc sunt. *Primum igitur Ledon fruticat ad hominis altitudinem, quam etiam interdum superat; ramis frequentibus, lignosis, duris, nigris: Folia, quemadmodum & rami, ex adverso sita sunt, oblonga, transversum digitum quandoque lata, nonnunquam etiam latiora, supernè ex viridi-nigricantia, infernè candicantia, quæ cum tenellis ramulis pingui quodam odorato; calido; & transparente liquore adeò copiosò asperſa sunt; ut procul etiam ex splendore conspici & agnosci possit, odor autem octava miliaris Germanici parte naribus percipi: flore est inter reliqua Cisti genera & pulcherrimo & amplissimo, magnæ Rosæ instar, simplici quinque-foliorum textura, omninò interdum albo, sed cujus singula folia circa unguem ex purpurâ-nigricante maculâ Rhomboide, nunc majore, modò minore & angustiore, utplurimum infecta sunt; floris umbilico multis croceis fibris pleno, ut in aliis Cisti generibus: capitula in longis pediculis, foliisque suis denudatis, omnium maxima, rotunda ferè & plana, non mucronata, & sæpenumerò decagona, dura, interius flavescentia, quibus dehiscentibus, semen decidit copiosum, subrufum, omnium minutissimum.*

CISTUS LEDON, WIENS BLOEM met een SWARTE VLAK GETEYKEND IS.

HOewel dese soorte van Cistus van andere Autheuren meer als genoegsaam beschreven is; soo heb ik niet te min geraatzaam gevonden, soo van wegen de schoonheyt des Bloems, als onvolmaaktheyt van de afteekeninge, die andere daar van gedaan hebben, dese hier nevens të laten gaan. Ik en sal hier geen nieuwe beschrijvinge maken, maar my vergenoegen met die gene; dewelke Car. Clusius in 't eerstë boek van sijne Historie der rare Planten, daar van gemaakt heeft, wiens woorden aldus zijn luydende. De eerste Ledon groeit mans hoogte, die sy ook wel komt te overtreffen, en dat met veele houtagtige, harde, en swartagtige takken, dewelke soo wel als de bladeren twe aan twe tegen over malkanderen staan: Dese bladeren sijn langwerpig; in breete somtijds met die van een vinger overeenkomende; ook wel breeder, van boven donker-groen, van onderen witagtig; sy sijn ook nevens de jonge takxkens met een seekere vette, welriekende, verwarmende, en doorschynende vogtigheyt soodanig beset, datmen deselve ook door het blinken, en desselfs reuk een half quartier van een duytsche mijl ver gewaar kan worden: de Bloem is onder alle soorten van Cistus de schoonste, en kloekste; een groote enkelde Rose niet ongelijk, bestaande uyt vijf bloem-bladeren, dewelke geheel en al wit zijn; uitgenomen aan hare nageltjens, die gemeenlijk met een purpuragtig swart vlakjen getekent zijn; 't welk een Rhombus van figuure gelijkende, somtyds groot, dan ook wel kleen is; zijnde ondertusschen de navel des Bloems met veele Saffraan-verwige bloem-draden vervult; gelijk in d'andere geslagten van Cistus: De Zaad-huyskens, op lange voetjens rustende, zijn de grootste van alle de andere, en byna rond, en eenigsints vlak en effen, geensints puntig en menigmaal tien hoekig, hard, van binnen geelagtig; dese Zaadhuyskens open gaande storten veel rosagtig en seer kleen zaad uyt.

Inter hasce Cisti species reperitur quoque alia, floribus emaculati candoris.

Hispania ut & Lusitania alunt hanc plantam.

Sub nostro climate duriore onerantur floribus Mensibus Junio, Julio; quibus deciduis succedunt vascula seminalia & semina matura, hisce solo commissis, in Belgio sese propagari patitur hæc arbuscula, ad plures annos superstes, modò tempore hyemali in hybernaculo convenienti conservetur.

Æstate & calore, nec non irrigatione frequentiore indiget.

Hujus resina Pharmacopolis nostratibus notissima, nomine Ladani, seu Labdani.

In Horto nostro vigent & florent quotannis multæ Cisti species, ut patet ex Cat. Hort. Amstel. quarum figuras huic adjungere, consultum minimè duxi.

Onder dese soorten van Cistus wert 'er ook een gevonden, dewelke gants en gaar wit, en sonder vlekken is.

Spanje en Italie sijn de natuurlijke groeiplaatsen deses gewas.

Onder dit ons koud climaat bloeyt het in de Maanden van Juny en July, en na de Bloemen doen haar de Zaedhuyskens, en ook rijpe zaden op, dewelke hier te Lande gesayt zijnde, tot Boomkens komen te groeien, die veele jaren kunnen overblijven, indien men deselve des winters in een bequame winterhuys komt te setten.

Des somers vereyst dit gewas veel warmte, ook moetmen dikwils begieten.

Den harst, die uyt dese Boomkens voortkomt, is by onse Apothekers seer wel bekend, en dat met de name van Labdanum of Ladanum.

In onsen Hof bloeyen jaarlijkx veele soorten van Cistus, gelijk zulkx blijkt uyt onse Catalogus Horti Amstel. welkers figuren ik niet nodig geagt hebbe hier by te voegen.



C A P.



Fig. 21

OXYS BULBOSA AFRICANA ROTVNDIFOLIA CAVLIBVS ET FLORIBVS PVRPVREIS AMPLIS

CAP. XXI.

OXIIS BULBOSA AFRICANA ROTUNDIFOLIA, CAULIBUS & FLORIBUS PURPUREIS AMPLIS.

Nobilissimus & strenuissimus D. Simon vander Stel, Promontorii Bonæ Spei Gubernator Dignissimus, inter alias plantas, hasce nobis quoque transmisit bulbosas radices, aliquot fibris capillatas, cortice duro, fusco, obductas, magnitudine nucis avellanæ, quæ, cortice ablato, in duas tresve squamosas radiculas separantur; ex hisce emergunt folia terna, pediculis longis, crassis, purpurascentibus nixa, partim humi fusa, partim erecta, per extremum rotunda, saturatè viridia, infernè dilutiore viriditate prædita, sapore acido.

Flores, è calyculo in quinque lacinias diviso, emicant, satis grandes pro plantæ magnitudine, pentapetali, ex rubeo suavè-purpurei, nonnihil odori, quorum fulcra sunt pediculi debiles & fragiles.

Priusquam flores sese explicuère convolvuli modo convoluti sunt, quibus pereuntibus succedunt vascula seminalia, in quina loculamenta divisa, semina exilia continentia.

Sub climate nostro floret Mense Aprili & Majo, quod visu pulchrum atque venustum; hyême in fictili & hybernaculo præservanda à brumæ injuriis.

Multiplicanda non solum semine, verùm etiam bulbis junioribus, qui, cortice crasso ablato, separandi & terræ committendi; vetustiores interim, post-

AFRICAANSCHE CLAVER-ZUERING, met BOLAGTIGE WORTELEN, RONDE BLADEREN, en GROOTE PURPURE BLOEMEN.

De seer Edelen en Gestrengen Heer S. van der Stel, Gouverneur van de Caap de Goede Hoop, heeft ons onder andere Gewassen, de Bollekens van dese Plante mede overgesonden, omvangen zijnde van een harde bruyne schelle, niet sonder afhangende hair-wortelen; deselve zijn van groote een hasenoot gelijk, en van de buytenste schelle ontbloot zijnde, verdeelen sy haar in twe, of drie schub-wijse bollekens: Hier uyt komen de bladeren te voorschijn, drie by een, steunende op lange, dikke, purpur-verwige voetjens, dewelke ten deele regt op staan, ten deele tegens het aartrijk aan leggen, voor aan zijn dese bladeren rond, donker groen, van onderen licht groen, en suur van smaak.

De bloemen, dewelke, na proportie van de plante vry groot zijn, komen uyt vyfbladerige kelkxkens voort, en sijn ook uit vijf bloem-bladeren bestaande, schoon purpur-verwig, met weynig reuk, en op swakke en brose steeltjens rustende.

Eer dat de bloemen haar komen te openen, zijnse in een gerolt op de wyse van de convolvuli *of Winden: Hier na volgen de zaathuyskens, die in vyven opengaande, kleene zaden in haar onthouden.*

Hier te lande bloeit dit gewas, in de Maanden van April en May, 't welk lieflijk en aangenaam is om te zien; en moet des winters in potten en in een winterhuys geset worden wegens de koude.

Dessels voorttelinge en geschiet niet alleen uyt het zaad, maar ook door de jonge bollekens; dewelke van de buytenste schelle ontbloot zijnde, verdeeld en in de aarde

W quam

quam flores edidère ; in nihilum rediguntur.


Usu & virtute refrigerante cum Trifolio Acetoso nostrate convenit.

Quæ à D. Breynio in Cent. prima cap. 46. describitur, hujusce plantæ species, aut potius varietas est habenda, quoniam cauliculi, flores & folia sustinentes, virore nitent, in nostra autem, ex rubeo-purpurei sunt.

gestooken werden; ondertusschen werden de oude bollekens na het bloeijen vernietigt.

Van wegen het gebruyk en verkoelend kracht, komt dit gewas over een met onse in-landsche Claver-zuering.

Die gene dewelke van d'Heer Breyne in sijn eerste Centurie cap. 46 beschreven word, moet voor een medesoorte, of liever voor een veranderinge van dese gehouden werden, na dien de steeltjens, die de bladeren en bloemen ondersteunen, blinkend-groen, en dese onse in tegendeel uyt den rode purpur-verwig zijn.



C A P.





Oxys Bvlbosa Æthiopica Minor Folio Cordato. Fig. 22

C A P. XXII.

OXIIS BULBOSA ÆTHIOPICA MINOR, FOLIO CORDATO, FLORE EX ALBIDO-PURPURASCENTE.

EX hujus radicibus, extrinsecus pullis, teretibus, squamosis & duris, præcedentis non dissimilibus, cauliculis autem altioribus, tenuibus, ex viridi-purpurascentibus, suprema parte ramosis, exeunt folia tricomposita, Trifolii vulgaris æmula, cordata, superiore parte virescentia, inferiore purpurascentia, sapore acido.

Flores, ex perianthio quinque partito, producuntur pentapetali, convoluti, quemadmodum præcedentes, ex albo languidè-purpurascentes, ferè inodori, longis pediculis innitentes.

Vascula seminalia oblonga, pentagona, quæ per maturitatem in quinque partes dehiscunt, seminibus pusillis, diversis, repleta.

Anno M DC XC. Mense Majo floruit isthæc planta in Horto nostro Medico.

Non solùm propagatur & multiplicatur semine, radicibusque, verùm etiam bulbis oblongis, qui innascuntur ramulorum divaricationibus, quod in nonnullis Tulipis quoque evenire experimur.

Eandem credo esse hanc plantam, quam descripsit & delineavit Bodæus à Stapel in Theophr. lib. 4. cap. 4. fol. 336.

Frigoris est impatiens, viresque convenire cum antecedente, sapor ejus indicat.

KLEEN, BOLAGTIG, MORELANDS CLAVER-ZURING, met HERTSWYSE BLADEREN, en WITAGTIGE PURPURE BLOEMEN.

UIt deses gewas wortelen, dewelke rond en lang, schubagtig, hard, van buyten swart, en de voorgaande niet ongelijk zijn, alsmede uit der selver steeltjens, dewelke dun, purpuragtig groen zijnde, hooger als de voorgaande opwassen, en haar van boven in takken verdeelen, komen de bladeren voort, dewelke uit drie te zamen zijn gesteld, hardswijs, die van de gemene Claveren gelijkende; dese zijn van boven groen, van onderen purpuragtig, en suur van smaak.

De bloemen komen voort uit een kelkje, 't welk in vijven is gespleten; deselve sijn vijfbladerig in een gerolt, gelijk als de voorgaande, witagtig van couleur, met een weynigsken purpuragtigheid vermengt, byna reukloos, steunende op lange voetjens.

De Zaadhuyskens sijn vyfkantig, langwerpig, dewelke rijp geworden zijnde, haar in vijf deelen komen te openen, waar in verscheyde kleene zaatjens onthouden worden.

In 't Jaar 1690. heeft dit gewas in de Maand van May gebloeit in den Hortus Medicus.

't Selve en word niet alleen voortgeteelt en vermenigvuldigt door 't Zaad, en desselfs wortelen, maar ook selfs door langwerpige bollekens, die tusschen de verdeelde steeltjens voortkomen, 't welk men ook in verscheyde Tulpen gewaar word.

Ik vertrouw dat dit gewas 't selve is, 't geene Bodæus à Stapel in Theoph. lib. 4. cap. 4. fol. 336. beschreven, en afgebeeld heeft.

't En kan tegens geen koude, en dat het in kragten met de voorgaande overeenkomt, geeft de smaak te kennen.

OBSERVATIONES.

In hisce floribus dena numerantur stamina, ex albido virescentia, quorum quinque longiora, totidemque breviora existunt, apiculis luteis ditata.

Styli quini, rarò quaterni, apicibus coloris herbacei instructi, parte superiore tenuissimi, inferiore verò, ubi futuræ capsulæ seminalis rudimentum constituunt, crassi.

Semen Violarum semini haud dissimile, præter commune involucrum pentagonum, unumquodque peculiari includitur membranæ niveæ, quâ lævi attactu dehiscente celeriter in se contrahitur & crispatur, semenque raptim erumpit.

Viget floretque per totam ferè æstatem.

Hanc plantam cum innumeris aliis ex India Orientali in Hortum Medicum transferri curavit Nobilissimus & Amplissimus Dominus J. Huydekoper, Eques, Dominus in Maarseveen & Neerdijk &c. Consul & Senator Urbis Amstelodamensis, ac Director Societatis Indiæ Orientalis &c. &c.

AANTEKENINGEN.

In dese Bloemen werden tien bloemdraden geteld, uit den witte-groen, waar van datter vyf lange, en vyf korte syn, dese syn versien van geele topjens.

Ook is yder bloemtje begaaft met vyf, selden met vier bloemstyltjens, (styli) *aan welkers uiteynden groene topjens vastsitten, deselve syn van boven dun, van onderen integendeel, daar sy 't beginsel van 't Zaadhuysken helpen maken, dik.*

Behalven het gemeene vyfhoekig vlies, 't welk alle de zaden te gelyk omvangt: soo ist, dat yder zaadje, violen zaad niet ongelyk zynde, nog apart in een wit vliesken besloten word, 't welk, hoewel ligt of even aangeraakt, breekt, en in een ogenblik omkrullende, springt het zaad schielyk daar uyt.

Het groeit en bloeit byna de geheele Somer door.

Dit gewas, nevens een ontelbaar getal van meer andere, heeft den Ed. Heer J. Huydekoper, Ridder, Heer van Maarseveen, Neerdyk &c. Burgermeester en Raad der Stad Amsterdam, Bewindhebber van de Oost-Indische Comp. &c. &c. aan den Hortus Medicus besorgt.



CAP.



NERIVM LATIFOLIVM INDICVM FLORE VARIEGATO ODORATO PLENO. *Fig.* 23.

C A P. XXIII.

NERIUM LATI-FOLIUM INDICUM FLORE VARIEGATO, ODORATO, PLENO. TSIOVANNA-ARELI *Hort. Mal.*

NOn solùm frequens est per totum Malabaricum Regnum, verùm etiam in Insula Zeylon, unde ad nos transmisit Nobilissimus D. Laurentius Pijl, Urbis Columbo Gubernator dignissimus, nomine *Fulæ Mesticæ* insignitum.

Hanc arborem in Viridario nostro luxuriantem concisè ac paucis describere fert animus, quandoquidem sat diffusè in Horti Mal. parte nonâ, eam descripsit Illustrissimus & Nobilissimus Henricus van Rhede, Dominus in Drakesteyn &c. &c.

Hominis assumit procceritatem hujus arbusculæ caudex, substantiâ non admodum durâ, cortice griseo obductâ, rami autem juniores, virescente colore nitentes, humore aqueo turgent.

Foliis gaudet non deciduis, spithamam longis, unciam circiter latis, rigidis, crassis, mucronaris, saturarè viridibus, pediculis brevibus fultis, bicompositis, contrariis inter se petiolis nascentibus, inodoris, saporisque amaricantis.

Caules fastigiantur in flores, polypetalos, amœnos, odoratos, calices quinquepartitos occupantes, pediculis longioribus innitentes, Rosæ incarnatæ instar, pulcherrimè rubentes, striisque niveis variegati, staminibus & stylo medium occupantibus.

Luxuriavit & floruit quotanuis Augusto Mense, nullo insequente fructu.

Reperitur quoque alia hujus arbusculi species, quæ Horti nostri non minus alumna

INDIAANSCHE, BREET-BLADERIGE OLEANDER met DUBBELDE, RIEKENDE, en BONTE BLOEMEN.

DIt gewas en is niet alleen veelvoudig te vinden door het geheele Malabarische Rijk, maar ook op 't Eyland Zeylon, van waar ons 't selve overgestuert is door den Ed. Heer Laurentius Pijl, Gouverneur op Columbo, onder de name van Fula Mestica.

Mijn voornemen is dese Boom, in onsen Hof weelderig groeiende, in 't korte te beschryven, nademaal den Wel-Ed. Heer Henric van Rheede, Heere tot Drakestein, &c. &c. deselve wijtlopig beschreven heeft, in 't negende deel van sijnen Hortus Malabaricus.

De stamme mans hoogte wassende, is sagthoutig, en omvangen van een grauwe schorsse; de jonge scheuten daarentegen sijn blinkend, en groen van couleur, vervult met een waterige vogtigheyt.

De bladeren, des winters niet afvallende, sijn een spanne lang, ontrend een duim breet, stijf, dik, voor spits, donker-groen van verwe, deselve staan op korte voetjens, twe aan twe tegens malkanderen over, en sijn reukloos, ook bitteragtig van smaak.

De bloemen komen uyt het uyterste der takken voort, op lange voetjens, en dat uit een bloem-kelk, dewelke in vyven is gespouwen, deselve sijn veelbladerig (Polypetali) *seer schoon, als een incarnate Roose, met witte streepen doormengt; van binnen versien van bloem-draden, en een bloem-stijl, en sijn ook seer lieflijk van reuk.*

Dese Boom heeft alle Jaar in Augusto wel gebloeit, maar noyt vrugten voortgebragt.

Daar werd nog een medesoorte van desen Boom gevonden in onsen Hoff, dewelke

est, foliis angustioribus, floribusque pentapetalis dilutè incarnatis gaudens, quibus emarcidis succedunt siliquæ productiores, seminibus papposis prægnantes, hæc, floribus onusta, etiam repræsentatur in Hort. Mal. parte nona, nomine Belutta-Areli.

Culturæ sub nostro climate satis patiens est, solum riguum, solemque calidiorem æstate amans, quo, ut abundè magis fruatur, in repositorio fenestris vitreis instructo, reponenda, quibus denegatis rarissimè flores producit: Hyemali tempore in hybernaculo convenienti collocanda, ut superstes maneat.

Sicut genere, ita quoque viribus nocivis cum Apocyno convenire, mihi persuadeo, eapropter apud Malabaricos Medicos non est in usu.

smalder bladeren, en vyfbladerige ligt incarnate bloemen draagt, waar na lange bauwen, en pluisig zaad komt te volgen; dese werd met hare bloemen afgebeeld in 't negende deel van den Hortus Mal. onder de benaminge van Belutta-Areli.

Men kan dese hier te landen seer wel voortqueeken, wanneer deselve van een vogtige aarde, en heete Sonneschijn des somers versien word, waar toe ook de glaskassen seer dienstig zijn, en sonder dese draagtse selden bloemen: 's winters moetmense in een bequaam winterhuys setten, om over te houden.

Gelijk dese planten eenslagtig sijn met de Apocynum, soo vertrouw ik datse ook in schadelijkheid van kragten met den anderen overeenkomen; hieromme soo en zijnse by de Malabaren niet gebruyklijk in de Medicijne.

OBSERVATIONES.

Folia utplurimum tricomposita, per intervalla longiora, sibi mutuo respondentia, pediculis brevioribus & incurvis, ex virore albicantibus, ramis insident.

Flores numerosi, nec fugaces, umbellatimque quasi dispositi, quindecim petalis constructi sunt, quorum intima & minora magis crispa.

Staminibus gaudent denis, brevibus, latiusculis, niveis, apiculatis: Horum apices figurâ Sagittæ aquaticæ foliis suppares, & cum staminibus concolores, in appendiculas tenuissimas, unciam longas, capillis numerosis ad latera instructas, sibi invicem contiguas, ac fili cannabini instar contortas, terminantur.

Quod floribus est pentapetalis, foliisque augustioribus, quinis tantum ditatur staminibus, eodem ritu dispositis.

AANTEKENINGEN.

De bladeren sijn meest van drie by een gesteld, dwers tegens malkanderen over, steunende op korte omgeboogesteeltjens, van couleur uit den groene witagtig; en staat dese t'samenstel van bladeren op een wijtagtige distantie van den anderen.

De bloemen sijn veele en als wayerwijs (umbellatim) *by een gevoegt, deselve en vergaan niet schielijk, en sijn van 15. bloem-bladeren te samen gesteld, waar van de binnenste en kleenste wat meer in een gekrult zijn.*

Sy hebben 10. *bloem-draden, dewelke kort, breedagtig, sneeuwit, en getopt of gehooft zyn: Dese hare topjens of hoofijens gelyken van figure niet qualyk de bladeren van 't Water-Serpents-tonge kruyt, en sijn met de bloem-draden eencoulerig; deselve termineren in seer dunne aanhangzelkens, een duym lang, en met vele opzy staande hayrtjens beset, dewelke tegens malkanderen aansittende, gedrayt sijn, als een hennip touwtje.*

Die gene, dewelke vyfbladerige bloemen draagt, en smalder van blad is, heeft ook niet meer als vyf bloem-draden, dewelke op deselve wyse gesteld zyn.

CAP.



FLOS CLYTORIVS BREYNII.

Fig. 24

CAP. XXIV.

FLOS CLITORIUS *Breynii.* PHASEOLUS INDICUS GLYCYRRHYZÆ FOLIIS, FLORE AMPLO, CÆRULEO, PLENO.

CAulibus exit sarmentosis, longis, tenuibus, humi diffusis, nisi proximas ridicas, aut quævis alia apprehendere & conscendere valeat.

Folia ad singulas costas quina, ex adverso sita, uno impari extremam costam occupante, unciam lata, tactu mollia, Galegæ, aut Glycyrrhyzæ non disparia, magis tamen mucronata, quàm figuræ Horti Mal. aut Breynii repræsentant.

Flos nutans, inodorus, polypetalus, è calyce quinquepartito prodit, colore saturatè cæruleo, nitens.

Petala extremo rotundiola, florem plenum repræsentant, in quorum medio macula pallida sese offert cum aliquibus staminibus apiculatis, quorum apices pallidi.

Floribus marcescentibus succedunt siliquæ longæ, angustæ, respectu tamen florum magnitudine, exiles, quæ semina continent quina, sena, plurave, fusca, plana, sinum impressum in medio habentia, sapore subamaricante.

Annis reparatæ salutis M DC Lxxxix. & M DC xc. eodem semine enutrivi hanc plantam, idque in repositorio, fimo equino calido, & solo convenienti, instructo, gestavitque flores plenos, albos, amœnos, idque Mense Julio, quibus evanidis succesère siliquæ omni ex parte completæ, matura continentes semina Mense Septembri.

Modicâ indiget aquâ, & multo calore fovenda.

INDIAANSCHE BOONE, MET CALISSIE- of SOET-HOUDS BLADEREN, en BREEDE, BLAUWE, en GEVULDE BLOEMEN.

DIt gewas komt voor den dag met lange, dunne scheutkens, dewelke, ten sy deselve door de bystaande rijskens, of iets anders ondersteunt worden, langs het aardrijk verspreyt leggen.

Het heeft vijf bladeren aan yder rib vast sitten, waar van datter twe paar dwers over den anderen staan, en het vijfde en laatste het uyterste des ribs komt te sluyten; deselve sijn een duym lang, sagt in 't aantasten, die van de Galega of Soet-hout niet qualijk gelijkende; hoewel wat puntiger, als de figure in den Hortus Mal. of Breynius komen te verbeelden.

De Bloem na de aarde hellende is reukloos, veelbladerig, hoog blauw van couleur, en blinkend, voortkomende uyt een bloemkelkjen, dat in vijven is gesneden.

De bloem-bladeren sijn aan haar uyterste rondagtig en verbeelden een gevulde bloem, in welkers midden sig een geelagtig vlekje vertoond, met eenige geelagtige getopte (apiculatis) *bloem-draden.*

Wanneer de bloemen komen te vergaan, soo vertoonen haar lange, smalle peul-vrugten, dewelke na proportie van de bloemen, kleen zijn; dese onthouden in haar vijf, ses, en meer, platte bruyne zaden, die een kleene deuke of kuyltjen in haar midden, en een bitteragtige smaak hebben.

In de Jaren 1689. *en* 1690. *hebbe ik dit gewas uyt 't selve Zaad voortgeteelt, en dat in een kasse met warme peerdemis, en bequame aarde versien, en bragt ons gevulde, witte en schoone Bloemen voort in de maand van July; en dese vergaan sijnde, kreeg ik rijpe en volmaakte peul-vrugten, welkers Zaad in September rijp wierd.*

Dit gewas is met matige vogtigheyt te vreden, maar 't selve wil ook veel warmte hebben.

Exeunte æstate in commodo hybernaculo, ad ejus conservationem locavi, ubi sarmenta ad terram ligni duritiem acquirebant, nec folia deponebant; unde conjiciendum arbitror, in solo natali hanc plantam perennare; verùm sub climate nostro duriore, quantumvis ab aëris frigidioris injuriis vindicarim, conservare haud potui.

Succum expressum, ac cum Schirgelin (id est, oleo Sesami) mixtum & epotum, vomitum excitare, radicemque tritam & cum aqua sumptam ventrem subducere Horti Mal. Authores autumant. Vid. Hort. Mal part. 8. fol. 70.

In 't uitgaan des somers heb ik het in een bequaam winterhuys geplaast, om het te bewaren, alwaar de ryswijse takken aan hare grond hout-hart wierden, en hare bladeren behielden; waar uit ik besluyt dit gewas in sijne natuurlijke groei-plaats langlevend te zijn, en jaarlijkx niet en komt te vergaan; edog onder dit ons kout climaat en heb ik het niet kunnen bewaren, hoewel ik het voor de koude wel quam te bevrijden.

Dat het uitgedrukte sap met oly van Sesamum vermengt, en ingedronken, braken doed, als mede desselfs wortel gestampt, en met water vermengt, den afgang verwekt, getuygen ons de Autheuren van den Hortus Mal. par: 8. fol. 70.

OBSERVATIONES.

Folia ei oblonga, saporis fatui, ex angusta basi in latum sese diffundentia, quô factô sensim angustantur, quasi jamjam in mucronem abitura, quô denegatô nonnihil bifurcantur: cuique sulcatæ costæ, alterno ordine sarmentis adnatæ, folia adhærent pinnata, quina, septena, brevissimis pedicellis fulta, quorum ultimum & extremum costam claudit; circa noctem complicantur folia, manè illucescente sole à se invicem rursus deducuntur.

Flores ex alis foliorum exeunt singulares, è calice quinquepartito, pedicellis brevissimis nixi, horum petala, ex angusta basi latiora facta, extremis oris sunt rotunda, in ambitu cærulea, idque ad calami scriptorii latitudinem, per reliqua ex albido flavescunt.

Quilibet flos, præter calicem in quinas lacinias divisum, duobus gaudet foliolis subrotundis, calici adsitis, ut & staminibus quinis, tenuissimis, unciam ferè longis, extremo paulò incurvatis, apicibusque luteolis capitatis, in quorum medio stylus uncialis longitudinis extremo obtusus, exsurgit, indivisus.

Siliquæ palmam longæ, modicè compressæ, mucrone incurvo, longo, præditæ, & in loculos convallibus fungosis, niveis, interceptos, distinctæ, in quorum fungosæ substantiæ meditullio semina, quæ in reclusis siliquis ad commissuram annectuntur, phaseolorum formam exprimentia, çolore dilutè herbaceo, maculis fuscis punctata.

AANTEKENINGEN.

De bladeren van dit kruyd sijn langwerpig, sonder merkelyke smaak, deweelke van een smal begin allengskens komen te verbreden, tot datse over de helft van hare uytgestrektheid wederom smalder geworden zynde, haar aanstellen als wonden sy aanstonds in een punte komen te emdigen, maar in plaats van sulkx, soo spouwen sy haar eenigzints in tween: aan ydere gevoorde rib, die altoos eensaam voortkomt, vindmen vyf ook wel seven bladeren, dewelke vederswys geplaast worden, en dat op seer korte voetjens, waar van het laaste eensaam zynde, het uyterste van de geseyde rib komt te besitten; dese bladeren sluyten haar s'avonts toe, en na het opgaan van de sonne, verspreiden sy haar weder van een.

De Bloemen hebben seer kleene voetjens, en komen eensaam uyt de bloem-kelkjens voort, die in vyven sijn gescheyden. De bloembladeren sijn smal aan haar begin, ook rond en breet aan hare uyteynden, en is dese haren omtrek, op de breete van een schryfpenne, gants blauw, en de rest uyt den witte geel-groen.

Ider Bloem heeft, behalven sijn geseyde bloem-kelk, die in vyven is verdeeld, twe rondagtige bladerkens, en dat dicht aan de bleem-kelk, alsmede vyf seer dunne bloem-draden, die byna een duym lang, aan 't eynde een weynig omgebogen, en met geele hooftjens versien zyn; in 't midden deser bloemdraden vertoond sig de bloem-styl, dewelke een duym lang, onverdeeld, en aan de toppe stomp is.

De peul-vrugten sijn een hand breed lang, matelijk plat, en met een lange, kromme punte begaaft; ook sijn sy in kleene voose sneeuw-witte cellekens verdeeld, waar in de zaden leggen, die haar vastmaken aan de vereenigingе der peulschelle, en sijn dese van maakzel een boontje gelyk, ligt-groen van coulenr, en met bruyne vlakxkens getekent.

CAP.



Tab 23

PHASEOLVS MINIMVS PERENNIS AMERICANVS FLORE LVTEO, FOLIIS ASARI LANVGINOSIS SOLITARIIS



CAP. XXV.

PHASEOLUS MINIMUS PERENNIS AMERICANUS FLORE LUTEO, FOLIIS ASARI LANUGINOSIS, SOLITARIIS.

Breyn. Prod. 2.

E Radice albâ, crassâ, multisque fibris donatâ, sarmenta numerosa, tenuia exeunt, humi, nisi sustineantur, provoluta, virgulta plantasque proximas conscendentia, quibus denegatis, aliquando sibi invicem ita intricantur, ut vix, ac ne vix quidem illæsa extricari possint.

Folia alternatim posita pediculis longioribus insident, atro-virore persusa, rotunda, Asarinæ foliorum æmula, villosa, & quasi tomento obsessa, quod illis, cum integra planta, commune.

E foliorum alis flosculi exeunt pusilli, lutei, papilionacei, quibus succedunt siliquæ bivalves, semen solitarium, exiguum, pullum, subrotundum, non tarò quoque bina, continentes.

Perpetuò viret hæc planta in solo feraci, frigoris autem impatiens, ita ut in hypocaustis vitreis reponenda sit.

Venusta hæc planta patriam agnoscit Americam, nobisque nata non solùm semine inde advecto, verùm etiam collecto in Horto nostro.

Qualem in Medicina possit habere usum, cum à nemine hactenus descriptus sit phaseolus, prorsus ignoro.

SEER KLEEN, LANG-LEVEND, AMERICAANSCH BOONTJE, met een GEELE BLOEM, en EENSAME, RUYGACHTIGE BLADEREN van MANS-OOREN.

Indien dese bare veelvoudige en dunne rankskens, dewelke uyt een witte, dikke, met vele zazelingen begaafde wortelen uytspruytende, niet en kunnen komen op te klimmen, en haar vast te maken aan eenige naast aanstaande takskens van andere gewassen, so verwerren sy haar sodanig onder een, dat men se sonder te quetsen beswaarlijk uyt een krijgen kan, en bouden baar dan ook dicht aan de aarde.

De bladeren komen eensaam d'een boven d'ander uyt der gesegde rankskens voort, en dat op lange voetjens, donker groen van couleur, rond, die van de Steen-onderbave (Aserina) *gelijkende; Ook sijn deselve, als mede de gebele plante, enigsints bayrachtig, en als met wat donsigheyt beset.*

Uyt de oxelen der bladersteelen komen de bloemen te voorschijn, dewelke kleen, geel, en capel-wijs (papilionacei) *van maaksel zijn; waar na twe-slot-deurige* (bivalves) *peultjens volgen, versien van een, ook wel twe rond, en swartagtige zaden.*

Hoewel dit gewas in goede aarde geplant zijnde, 't geheele jaar door groen blijft: so ist nochtans dienstig, dewijl het geen koude verdragen kan, 't selve in glase kassen te bewaren.

Dit çierlijk gewas is oorspronklijk uyt de Americaansche Eylanden, en is van ons niet alleen uyt zaad voortgeteeld, 't welk uyt die Gewesten gesonden was, maar selfs ook uyt zaad, 't geen wy in onsen hof gewonnen badden.

Van wat gebruyk het is in de Medicyne, wete ik niet, alsó dit Boontje tot nog toe van niemand beschreven is.

OBSERVATIONES.

Inter amœniores plantas à Floræ Cultoribus reponi meretur hic Phaseolus minimus Americanus, qui sarmentis assurgit tenuissimis cubitalibus, imo bicubitalibus pro ratione soli, in quo oritur.

Folia sapore fatuô ad longiuscula intervalla posita, venosissima, quorum pediculi, leviter fulcati, digitalis ferè longitudinis, tuberculo donantur ad eorum exortum.

Flores singulares, bini, & plures in eodem pediculo, seu furculo communi & tenuiori prodeunt, ad Genistellæ flores accedentes, è quinquefoliaceis caliculis, acuminatis, angustis, prodeuntes, foris ex luteo rubescentes, intus lutei.

AANTEKENINGEN.

Dit kleene Americaansche Boontje is weerdig van diegene, dewelke haar verlustigen in de oeffeninge van Flora, gestelt te werden onder de çierlyke en aangename gewassen, rysende uyt 't aardryk met seer dunne rankskens of ryskens, dewelke een, ook wel twe ellebogen lang zyn, na de hoedanigheid en welgesteldheid des aardryks, waar uyt deselve voortkomen.

De ader-ryke en smakelose bladeren staan wytagtig van den anderen, op voetjens, die een vinger lang, en een weynigsken gevuurt zyn, ontrent haar oorspronk uyt de rysige scheuten met een bewveltje begaafd zynde.

De bloemen komen eensaam, ook wel twe en meer te gelyk op een gemeen voetje te voorschyn, van gedaante die van de (Genistella) *Kleene Brem niet qualyk gelykende, van buyten uyt den geele rootagtig, van binnen gants geel, waar van 't bloem kelkje in vyf spitse en smalle verdelingen is gescheyden.*



CAP.



SENNA SPVRIA OCCIDENTALIS ODORE OPII VIROSO FOLIIS MVCRONATIS GLABRIS

Fig. 26



C A P. XXVI.

SENNA SPURIA OCCIDENTALIS, ODORE OPII VIROSO, FOLIIS MUCRONATIS GLABRIS
Cat. Hort. Lugd. Bat.
PAJOMIRIOBA
Marcgravii Hist. Plant.

Radix candida, fibrosa, caulem erigit duos tresve pedes altum, in varias alas divisum, è quibus, pediculi alternatim exeunt spithamei, & breviores, quibus ex mediocri intervallo annectuntur foliorum conjugationes quatuor, quinqueve, impari aliquando alam claudente; singularia autem foliola, unciam aut sescunciam longa, semunciam lata, glabra, mucronata, Sennæ subæmula, iis tamen latiora, odore Opii viroso, sapore ingrato.

Flores è ramorum apicibus prodeunt lutei, Sennæ similes, quorum medium stamina occupant varia, ut & stylus falcatus, longiusculus.

Floribus præteritis succedunt siliquæ erectæ, angustæ, compressæ, unicapsulares, bivalves, nonnihil articulatæ, quibus inclusa conspiciuntur semina longiuscula, fusca, nitentia.

Per plures annos superstes manet, modò à frigore & nimiâ siccitate præservetur, multò quoque indiget calore & modico humore, quibus haud denegatis, floret nonnunquam per totam ferè æstatem.

Crescit in diversis Americæ locis, ubi variæ hujus plantæ species reperiuntur, foliorum magnitudine, rotundita-

VALSCHE WEST-INDISCHE SENNA met een VENYNIGEN REUK van OPIUM, en GLADDE, SPITS-TOELOPENDE BLADEREN.

De wortel van dit gewas, wit en veselagtig zijnde, geeft een steel twe a drie voeten boog van sig, dewelke in verscheyde zyde takken verdeeld zijnde, veele steeltjens een spanne lang, ook wel korter, d'eene boven den anderen eensaam, voortbrengt; Aan dese werden vier ook wel vyf paar bladerkens, niet verre van den anderen staande, verengt, waar van somtijds een ongepaart het uyterste van 't steeltje komt te sluyten. Dese singuliere bladerkens zijn een, ook wel anderhalve duym breed lang, een halve duym breed, glad, en voor spits toelopend, die van de Senna enigsints gelijk, hoewel breder en onaangenaam van smaak, ook in reuk met die van Opium overeenkomende.

De bloemen komen uyt het opperste van de takken voort, zijnde geel van couleur, met die van de Senna overeenkomende, in 't midden versien van veele bloem-draden (stamina) *en eene zeysens-wyse styltje.*

Na de bloemen volgen een-zaad-huysige (unicapsulares) *regt opstaande, smalle, platte pultjens, in leeden enigsints verdeeld zijnde, en van twe op den ander leggende peulschellekens te samen gevoegd, in dewelke langagtige bruyn-blinkende zaden leggen.*

Dit gewas blyft veele jaren in 't leven, indien het maar voor de koude, en al te groote droogte bewaard word: het heeft veel warmte, en matige vogtigheid van noden, 't welk wel in achtinge genomen zijnde, bloeyt het meest 't geheele jaar door.


Het groeid in verscheyde plaatsen van America, alwaar veele medesoorten gevonden worden, die in groote en ronte der

te, siliquarumque formâ nonnihil variantes.

Virtutes recensent G. Piso, Hist. Nat. cap. 44. Marcgravius, aliique. In omni inflammatione, imprimis tibiarum, plurimum valere fomenta ex illis confecta G. Piso annotavit, eligitque eam, quæ foliis gaudet mucronatis.

bladeren, als mede in de forme der peultjens, verschillen.

De krachten werden van G. Piso, Marcgravius en anderen beschreven. G. Piso heeft in sijne Hist. Nat. cap. 44. aangetekend, dat de stovingen uyt dit gewas toebereyd veel vermogen, in alle ontsteekingen, voornamentlijk in die der schenen, waar toe hy ook verkiest die soorte, dewelke voor spits-toelopende bladeren heeft.



CAP.



CHAMÆCRISTA PAVONIS MAIOR. *Fig. 5.*



CAP. XXVII.

CHAMÆCRISTA PAVONIS MAJOR.

Radicibus prædita eſt tenuibus, albicantibus, quæ in plures fibras ſunt divulſæ, è quibus caulis exſurgit, imâ parte ramoſus, teres, bipedalis & brevior, pilis breviſſimis pubeſcens, medulloſus.

Rami per interſtitia uncialia & breviora, frondibus ſeu foliorum alis ornantur, alternatim poſitis; foliorum alæ ex undecim aut duodecim ſoliolorum paribus componuntur, quæ Mimoſæ ſpinoſæ ſecundæ Breynii ſubæmula, pedicellis vix ac ne vix quidem conſpicuis prædita, ſuntque margine æquali.

Ex alis, ut & intervallis ſoliorum, flores emergunt ſingulares, pedicellis tenuibus ſemuncialibus fulti, quibus adnaſcitur ſoliolum, formâ à reliquis valdè diverſum, mucronatum, anguſtum.

Flores ſunt coloris lutei, pentapetali, quibus emarcidis ſuccedunt ſiliquæ oblongæ, mucronatæ, numero floribus pares, compreſſæ; in quibus ſemina rotunda, cuſpidata, ſplendentia, ſubnigricantia.

Annua eſt planta, quæ ſingulis annis ſemine renovanda.

OBSERVATIONES.

Flores ſpecioſi, ſtaminibus ditantur decem craſſis, ex parte arcuatis, hæc ad medium ferè uſque herbacei ſunt coloris, ubi verò incurvantur, colorem luteum induunt.

Inter ſtamina Stylus emicat falci-formis, pilis breviſſimis obſitus, qui, flore defluxo, hirſutiem deponit, & in ſiliquam degenerat depreſſam, unicapſularem, bi-

LEEGE PAUWE KAM, MET GROOTE BLOEMEN.

De wortelen van dit gewas zijn dun, witachtig, en in veele ſaſelingen geſcheyden, uyt dewelke een twe voetige, ook wel korter ſtenge voortkomt, dewelke rond, met hayrtjens beſet, mergig, en van onderen getakt is.

De takken zijn met eenſamig, en geenſints gecomponeert loof, of vederen, een duym breet, ook wel wat digter by een ſtaande, verçiert; De vederen of vleugels der bladeren werden uyt elf of twaalf paar kleene bladerkens te ſamen geſteld, dewelke die van 't twede gedoornt Levend-kruyd van d'Heer Breyne eenigſints gelijken, en eſſen van kanten zijnde, hebben ſy ſo kleene ſteeltjens datmenſe naulijks zien kan.

De bloemen komen eenſaam, uyt d'oxelen, als mede tuſſchen deſelve te voorſchyn, ſteunende op dunne, en een duym lange voetjens, verſien van een ſmal, gepunt blaatjen, 't welk van d'andere bladerkens ſeer veel is verſchillende.

De bloemen ſijn vyf-bladerig, en geel van couleur, waar na langachtige, gepunte, platte peultjens-wijſe zaad-huyskens komen te volgen, in getale met de voor-af-gaande bloemen overeenkomende; in deſe ſitten ronde, gepunte, blinkende, ſwartachtige zaden.

Het is een eenjarig gewas, 't welk alle jaar uyt zaad vernieuwt moet werden.

AANTEKENINGEN.

De bloemen van deſe plante ſijn ſchoon, en verrykt met tien dikke, ende ten deele omgeboge bloem-draden, dewelke by na tot het midden toe groen van couleur zyn, en daar ſe dan beginnen om te buygen, neemen ſy een geele verwe aan.

Tuſſchen de bloem-draden doet ſig een zeyſens-wyſe bloem-ſtyl op, met ſeer kleene en korte hayrtjens beſet, dewelke na het afvallen, of vergaan des bloems, ſyne hayrig-

valvem, nonnihil articulatam, per maturitatem fubnigricantem aut fufcam.

Calix quinque partitus, luteolus, cujus fegmenta angufta & mucronata.

Florum petala quina, fcutellata, quorum fuperiora, inferiora magnitudine antecellunt, funtque eorum ungues purpureo colore perfufi.

heyd afleggende, in een hauwtjen of peultjen komt te veranderen, 't welk plat, een-faad-huyfig (unicapfularis) *twee-fchellig* (bivalvis) *eenigfints geleet* (articulatus) *en ryp geworden zynde, fwartachtig of bruyn van couleur is.*

De bloem-kelk is geel-verwig, en in vyven gefneden, wiens verdeeldheden fmal en puntig zyn.

De bloem-bladeren fyn vyf in getal, en fchotels-wyfe (fcutellata) *hol, waar van de bovenfte grooter zyn als d'onderfte, en zyn defe hare bloem-nagelen purpur-verwig.*



CAP.



ÆSCHYNOMENE SPINOSA LATIFOLIA.

Fig. 28.



CAP. XXVIII.

ÆSCHYNOMENE SPINOSA LATI-FOLIA. SIVE HERBA VIVA, VEL MIMOSA LATI-FOLIA, PILOSO & SUBROTUNDO FOLIO.

INter alia, quæ anno M DC XCI. terræ commisi, semina ignota, mihi quoque propullulavit Herbæ Vivæ, aut Æschynomenes fruticosæ semen, quæ planta unica tantùm æstate viguit, & subsequente hyeme periit, omni quantumvis industriâ & curâ adhibitâ. Semina, cum aliis permixta, non vidi, tamen Æschynomenes generi accensendam plantam hanc, nullus dubito, propterea quod subsimilis sit Æschynomeni spinosæ primæ, seu latifoliæ Brasilianæ siliquis radiatis Breynii Cent. prima cap. 16. levi tantùm differentia intercedente, inter hanc & illam; quæ nobis prodiit, foliis gaudet latioribus, minus acuminatis, nervisque per foliorum longitudinem discurrentibus, & non magis in dextram, quàm lævam partem vergentibus; Præterea in nostra neque caules, neque cauliculi tam crebris armantur & stipantur spinis; eapropter in gratiam Botanologorum depingi curavi.

Radix huic albicans, ligni ferè duritie prædita, fibrisque capillata.

Caulis in tripedalem proceritatem adolescit, angulosus, multis spinis deorsum flexis, rigens; è quo ramuli nullo ordine nascuntur, sentibus quoque armati, frondibusque spinosis ornati, quæ in suffragines duas expanduntur, quarum singulæ sex octove foliola continent, pari semper numero sibi directè opposita, Sennæ non dissimilia, adversâ parte lætè virescentia, aversâ hirsuta, unciam ferè longa, se-

BREET-BLADERIG, DOORNACHTIG, GEVOELIG OF SCHAAMACHTIG KRUYD.

ONder andere onbekende zaden, die ik in 't jaar 1691. gesayt hebbe, is by my ook 't zaad van dit Gevoelig kruyd opgekomen, en is mede 't selve jaar tegens de winter vergaan, niet tegenstaande alle vlyt en zorge aangewend wierden. Het zaad hier van en hebbe ik niet gesien, na dien het selve onder vele andere vermengt was; echter niet te min so is mijn vertrouwen, dat dit gewas onder het geslacht van het Schaam- of Gevoelig-kruyd, gesteld moet werden, om dat het eenigermaten overeen-komt met het eerste, en breet-bladerig Gevoelig kruyd van Brasil, 't welk van d'Heer Breynius is beschreven in sijn eerste Centuria cap. 16. daar het seer wel na gelykt, alleen met dit kleene onderscheyd, dat d'onse breeder en min spitse bladeren heeft, als mede dat de zenuen, die langs de bladeren loopen regt door 't midden de selve passeeren, 't geen in de sijne alsó niet en werd gevonden; daar-en-boven so zijn in d'onse niet so veel doornen te vinden; en dit is de reden waarom ik dit gewas ten dienste der Botanisten heb laten uyt-tekenen.

De wortel van dese is wit en by na houthard, en met zazelingen versien.

De steel, dewelke hoekig en van veele, styve, nederwaards geboogen doornen versien is, groeid drie voeten hoog, waar uyt de takken sonder ordere voortkomen, die mede met doornen gewapend, en van gedoornd loof versien zijn, 't welk in twe gebladerde steeltjens verdeeld zijnde, ider ses of acht paar bladerkens besit, dewelke in gelijke getale dwers tegen malkanderen overstaan, en zijn dese die van de Senna niet ongelijk,

munciam lata, nervo permeante ad extremum usque, ac multas venulas tenuiores spargente.

Quamprimum ab aëre moventur frondes, aut digitis leviſſimè attinguntur ſuffragines, ut & ſuffraginum foliola, illico ſeſe contrahunt, complicanturque, quaſi planè periiſſent, brevi autem ſeſe demum explicant, priſtino redeunte vigore.

Culturam exigit calidam, naſcique amat in ciſtis feneſtris vitreis inſtructis, & in ſolo debitô modô ſtercoratô; ad frugem tamen in noſtro Horto perducere haud potui, ob cœli inclementiam æſtatiſque brevitatem; & quantumvis pluribus hujus plantæ ſpeciebus familiare ſit, ſub climate noſtro ad frugem haud pervenire, tamen horti Botanoſophorum quotannis illis ornantur, ob curioſa phænomena ad quæ hic attendunt ingenia phyſicorum, quæque incomprehenſibilia Dei Ter Optimi Maximi opera, ad miraculum uſque evehenda.

van boven bly-groen, van onderen ruygachtig, by na een duym lang, een halve duym breet, verſien van een doorlopende zenue tot den eynde toe, dewelke vele aderkens na de zijden van 't blad uytgeeft.

So dra het loof van de wind bewogen, of van de vingeren ſagjens aangeraakt word, ſo ſluyten haar de bladeren en komen tot elkanderen, als wilden ſy verwelken, edog een weynig tyds daar na, ſo gaan ſy van den anderen, en ſtaan weder even vigoreus.

Het vereyſt een warme oeffeninge, en wil in glaſe-kaſſen, en in welgemeſte aarde geſet werden: Evenwel en heb ik het tot geen volkomendheyd kunnen brengen, en dat wegens de kortheyd des ſomers, en guerheyd van 't weer: en hoewel het ſeer familiaar is aan vele ſoorten van dit gewas, dat men ſe hier te lande tot geen vrugtdragendheyd brengen kan: ſo is't evenwel, dat men ſe alle jaren in der liefhebbers hoven vind, en dat om de aangename en wonderlijke verſchijnſelen ſtrekkende tot ſpeculatien der verſtandige; ook om de onbegrypelijke wonderwerken Godes als tot miraculen te verheffen.



CAP.





ÆSCHYNOMENE SPINOSA FLORE GLOBOSO, ALBIDO, SILICULIS ARTICULATIS ECHINATIS. *Fig. 29.*

CAP. XXIX.

ÆSCHYNOMENE SPINOSA FLORE GLOBOSO, ALBIDO, SILICULIS ARTICULATIS, ECHINATIS.

HÆc planta, quæ nobis nata semine ex America Anno M D C XC. ad nos transmisso, eadem nobis æstimata cum illâ, quæ à Nobilissimo Breynio Cent. 1. nomine *Æschynomenes spinosæ tertiæ sive foliolis Acaciæ angustioribus, siliquis parvis echinatis*, insignitur.

Radix ei fibrosa, è quâ caudex ramosus, calamum scriptorium crassus, in sesquipedalem altitudinem & proceriorem attollitur, cortice spadiceo tectus, sentibusque brevibus aduncis, singularibus, rarò binis simul junctis, armatus.

Ramulis rarioribus ornatur sine ordine dispositis frondibusque inordinatis, sed quasi in orbem congestis, constat, quinis, senis, septenis, octonisve suffraginibus uno eodemque pediculo innatis; harum suffraginum foliola pennata & conjugata, oblonga, Acaciæ angusti-foliæ non dissimilia, saturè viridia, quæ non solùm levissimo attactu aut ab aëre vel flatu commota (idem fieri sole occidente experimur) celerrimè sese contrahunt, complicanturque, verùm etiam eorum pediculi communes terram versus ocyssimè reclinantur, paulò tamen post rursus sese erigunt, foliolis pristinum locum quoque occupantibus, nec non rursus sese explicantibus.

DOORNAGTIG GEVOELIG-KRUYD, met BOL-WYSE en WITTE BLOEMEN, en KLEENE STEKELIGE in LEDEN VERDEELDE PEULTJENS.

DIt gewas, 't welk wy voortgeteeld hebben uyt Americaans zaad in 't Jaar 1690. *achten wy 't selve te wesen, 't geen d'Heer Jacob Breyne in sijn* 1. *Cent. voorsteld met de name van* Æschynomene spinosa tertia, sive foliolis Acaciæ angustioribus, siliquis parvis, echinatis; *dat is,* Derde soorte van Doornachtig of Smal-bladerige Acacia gelijkende Gevoelig kruyd, met kleene stekelige peultjens.

Het heeft een saselachtige wortel, waar uyt een getakt stammeken voort komt, 't welk anderhalve voet lang, en een schrijf pen dik is, 't gebeurd ook wel dat het hooger komt te groeyen: Dit stammeken en takken sijn bekleet met een castanien bruyne schorsse, als mede met korte kromme doorntjens beset, waar van de meeste eensaam, ja selden twe by een staan.

Dese geseyde takskens staan yl, en sonder eenige ordre, ook vind men een onordentlijkheid, wegens de situatie der getakte bladeren, waar ontrent te considereren staat, dat deselve in de ronte gerangeert zijnde, ider der selve uyt 5. 6. 7. 8. *gebladerde steeltjens bestaat, die al te samen op een gemeen steeltjen komen te rusten, en dat veders-wijs* (Pennatim) *twe aan twe over malkanderen: en zijn dese bladerkens langwerpig, die van de smal-bladerige Acacia gelijkende, donker groen van couleur, dewelke niet alleen door een ligte aanrakinge, of door de wint beweegd zijnde tot elkanderen komen, en haar toesluyten, ('t geen sy ook doen met het ondergaan van de Sonne) maar hare gemene steeltjens neygen haar ook veerdig na de aarde; Edog na een weynig tijds rechten sy haar weder op, ende de bladerkens weder van den anderen wijkende, nemen hare vorige plaatse wederom in.*

Flores pediculis uncialibus, tenuibus, ramulorum summis enascuntur in globulos congesti, primò ex albo virescentes, postea colore purpurascente permixti, numerosis staminibus prominentibus præditi: Hosce excipiunt fructus siliquosi exigui, hirsuti, colore spadiceo, in mucronem abeuntes, quorum singuli semina continent bina, rotunda, paululum compressa, fusca, quæ ad perfectam maturitatem in Horto Medico perducta sunt Mense Octobris, Anno M D C XC. floribus prægressis Mense Augusto.

De bol-wyse bloemen komen uyt het opperste van de steelen voort, steunende op dunne voetjens, die een duym lang zijn, deselve zijn eerst uit den witte groen, daar na so werd haar couleur vermengd met eenige peersigheid, en sijn dese ook begaafd met veele uitstekende en lange bloem-draadkens: Na de bloemen so komen de peul-wijse vruchten te voorschijn, dese zijn kleen, hairig, castanie bruin, en puntig, ider in haar onthoudende twe ronde, platachtige, bruyne zaden, dewelke tot volkomene rijpigheyd zijn gekomen in onse Medicyn Hof, in 't Jaar 1690. in de Maand van October, na dat de bloemen in de Maand van Augustus voor gegaan waren.



CAP.



ÆSCHYNOMENE SPINOSA QVINTA.

Fig. 30

C A P. XXX.

ÆSCHYNOMENE SPINOSA QUINTA,

SEU

FOLIOLIS ACACIÆ LATIORIBUS, FRONDIBUS LONGISSIMOS ACULEOS HABENTIBUS.

Breyn. Cent. 1.

IN arbusculæ altitudinem excrescit, caudice, minimum digitum crasso, spinis acutis rigente.

Rami inconditi angulosi, pilosi, spinulis longioribus flavescentibus, acutis præditi, ad quorum exortum, ab imo ad summum usque, folia contrariis inter se pediculis bina, spatio autem intermedio visuntur quoque spinæ bicompositæ, breves, flavescentes, acutæ, nutantes.

Dicta folia Acaciæ similia, pinnata sunt, mucrone subrotunda, supernè saturatè, infernè dilutè virescentia, quæ ad tactum non solùm sese complicant, verùm etiam pediculi communes, folia sustinentes, versus terram detorquentur; quod tamen segnius in hac peragitur, quàm in congeneribus plantis.

Flores nunquam offendi.

Siliqua, semina continens, pilosa, quatuor uncias longa, semunciam lata, coloris fusci, quæ in varias cellulas diti-

VYFDE DOORNAGTIG, LEVENDKRUYD,

OF

LEVEND-KRUYD MET BREDE BLADEREN VAN ACACIA, WELKERS LOF SEER LANGE DOORNTJENS HEEFT.

DIt gewas groeid tot een Boomtjen, wiens stammeken een pink dik, en met scherpe doorntjens beset is.

De takken komen sonder ordre te voorschijn, deselve zijn hoekig, hayrig, met geele lange doorntjens beset, aan welkers grond de bladeren, van onderen tot boven toe, gevest zijn, twee aan twee over den anderen, tusschen welkers steeltjens ook nog andere korte geele nederwaards gebooge scherpe doorntjens uyt het stammeken voortkomen.

Dese gesegde Acacia gelijkende bladeren, sijn gevederd (pinnata) *rondachtig aan het uyterste, van boven donkergroen, van onderen licht-groen, dewelke haar niet alleen op het aanraken van deselve, komen te sluyten, maar ook selfs de gemeene steeltjens, waar aan de bladerkens zitten, neygen haar na het aardrijk: Het welke nochtans trager toegaat in dese plante, als wel in desselfs mede soorte.*

De Bloemen zijn my noyt voorgekomen.

De Hauwe, daar de zaden in sitten, is hayrig, vier duym lang, een halve duym breet, bruyn van couleur, in ver-

Ff mitur,

mitur, quarum quælibet unicum planum, oblongo-rotundum, glabrum, durum continet femen, colore olivæ.

Loco natali per plures annos fuperftes manet.

fcheyde cellekens af gefcheyden, waar van ider een plat, langwerpig-rond, glad, hard olyf-couleurig zaad in fig onthoud.

Het blijfd lange jaren in 't leven in deffelfs natuurlijke groei-plaats.



CAP.



ÆSCHYNOMENE MITIS PRIMA

C A P. XXXI.

ÆSCHYNOMENE MITIS PRIMA.

FRondes saturatè virescentes, palmares & longiores, alternatim positæ, per intervalla longiuscula suffraginibus donantur quatuor in quolibet latere; In harum unaquaque suffragine sex, fepremve supra viginti foliola observantur, pari numero sibi invicem opposita; Suntque hæ pinnulæ, glabræ, angustæ, margine non crenatæ.

Circa caulis ut & ramulorum summum, è singulis foliorum sinubus pediculi exsurgunt singulares, digitales, & proceriores, qui parte inferiore foliolo uno atque altero, à cæteris valdè diverso, & cordiformi, præditi, flores sustinent in capitulum congestos & ex multis flosculis compositos, quorum singuli admodum exiles in quatuor vel quinque lacinias sunt divisi, multisque staminulis, ex albo languidè flavescentibus, ditati.

Hisce succedunt siliquæ tres, pluresve simul junctæ, sesquiunciam longæ, planæ, fuscæ, in quibus semina compressa, dura, lucida, colore spadiceo.

De viribus altum silentium apud Authores.

EERSTE, SAGT EN DOORNLOOS SCHAAMAGTIG OF LEVENDKRUYD.

HEt lof van dese plante is donkergroen, een hand breet lang, ook wel langer, en ongepaard: Het selve wat verre van den anderen staande, is versien wederzijds van vier gebladerde steeltjens; aan ider deser werden ook weder-zijds ses of seven-en-twintig kleene bladerkens gevonden, dewelke dwers over malkanderen staande, glad, smal, en effen van kanten zijn.

Ontrent het opperste van de steel, en van desselfs takskens, komt uyt ider knietje een singulier steeltjen te voorschijn, 't welk een vinger en meer lang is, wiens onderste deel begaafd is met een of twe kleene bladerkens, dewelke van de andere seer veel zijn verschillende, van gedaante een herte representeren: Aan het uyterste van dit steeltje zitten de bloemkens, dewelke bols-wys by een vergaderd zijn, waar van ider seer kleen en in vier of vyf snippelingen verdeeld zijnde, met veele wit-geele bloem-draden verrijkt is.

Na dat de bloemen vergaan zijn, vertonen haar drie en meer platte, bruyne peultjens, dewelke digt by een staande, anderhalve duym lang zijn; Hier in verbergen haar platte, harde, blinkende, en bruyne zaden.

Van de krachten en werd niets geschreven by de Autheuren.

OBSERVATIONES.

In Insula Curacao satis frequens est, unde semina nobis allata, nomine *Wilde Duyve-bonen*, quæ Turturibus exiguis ibidem degentibus, imò Homini, cibi penuriâ in escam etiam cedunt.

AANTEKENINGEN.

Van Curacao, alwaar het genoegsaam komt te wasschen, zijn ons de zaden overgestuurd, onder de benaminge van Wilde Duyve-Bonen, *dewelke tot voetsel komen te verstrekken niet alleen aan die kleene Tortel-duyfkens, die daar gevonden werden, maar ook wel tot een spyse voor den Mensche, en dat by gebrek van ander voetsel.*



CAP.



Fig. 32.

TRIBVLVS TERRESTRIS AMERICANVS CHAMÆCISTI FLORE, FRVCTV SPINOSO MAXIMO.

C A P. XXXII.

TRIBULUS TERRESTRIS AMERICANUS, CHAMÆCISTI FLORE, FRUCTU SPINOSO MAXIMO.

Breyn. Prod. 2.

Radice alitur nonnihil lignosâ, è qua caules ramosi, pauca hirsutie prædití, ac in terram, nisi adminiculis sustineantur, procumbentes, prodeunt.

Hi foliis ornantur bicompositis, dilutè virescentibus, extremò mucronatis, Ciceris aut Tribuli terrestris vulgaris similibus, ast majoribus.

Flores pentapetali, lutei, Chamæcisti æmuli, quorum umbilicum stamina occupant varia.

Floruit in Horto nostro Mensibus Julio & Augusto, quibus succedebant semina, vulgaris Tribuli terrestris similia, majora tamen, quæ tam rarò ad perfectam maturitatem perducuntur, ut semel tantùm illud observaverim Anno MDCLXXXIX.

Tenera admodum & annua est planta, in cistis vitreis, solò convenienti, simôque equino instructis, enutrienda.

OBSERVATIONES.

Caules culmum crassi, geniculati, teretes, quibus adhærent in utroque latere folia pinnata diversæ longitudinis; horum unum, septem octove paribus componitur foliolis, uni costæ adhærentibus, alterum & oppositum, duobus tantùm gaudet paribus.

AMERICAANSCHE EERT-ANGELS, met BLOEMEN van KLENE CISTUS, en SEER GROOTE DOORNIGE VRUGTEN.

De wortel, waar door dit gewas gevoedet werd, is eenigsints hout-agtig, waar uyt getakte en met een weynig ruygte besette steelen voortgebracht werden, dewelke, ten sy dat se ondersteund worden, op d'aarde nederleggen.

Dese hare bladeren zijn gepaart, gepunt, die van de Cicers, of van de gemeene Eert-angels gelijkende, maar grooter; van couleur licht-groen.

De bloemen sijn vijf-bladerig, die van de leege Cistus gelijkende, geel van couleur, in 't midden versien van verscheyde bloem-draden.

Het heeft in onsen Hof gebloeid in de Maanden van July en Augustus, waar na de zaden quamen te volgen, dewelke die van de gemeene Eert-angels geleken, hoewel sy groter zijn: dese komen so selden tot perfectie, dat my sulks maar eens voorgekomen is in 't Jaar 1689.

Het is seer teeder, en eenjarig, moetende in sodanige glase-kassen uytgebroeid werden, dewelke versien zijn van bequame aarde en peerde-mis.

AANTEKENINGEN.

De steelen van dit gewas sijn rond en lang, in leden verdeeld, en een stroo breed dik, aan dese zitten de bladeren wederzyds, zynde van dat slag, 't geen de naam draagd van gevederde Bladeren, dese en zyn wedersijts niet even kloek, want die van d'eene zyde best seven, of acht paar kleene bladerkens, die te samen aan een en 't selve ribbeken vast zitten, het twede en tegen over staande, en heeft niet meer als twee paar kleene bladerkens.

Flores è calice quinque-partito herbaceo oriuntur, idque è foliorum ſinubus pediculis uncialibus nixi, quorum medium decem ſtaminibus brevibus, capitula lutea geſtantibus, donatur; inter quæ ſtylus emicat capitatus, hirſutie copiosâ undique obſitus.

Cuique flori ſuccedunt ſemina quatuor quinave, in globulum ſpinoſum congeſta, quæ per maturitatem facilè à ſe invicem decedunt.

De bloemen komen uyt een vijf-bladerig groen bloem-kelkjen te voorſchyn, en dat uyt der ſelver oxelen, ſittende op ſteeltjens die een duym lang zyn, welkers midden tien korte bloem-draden heſt, verſien van geele hooftjens, tuſſchen dewelke ſig de bloem-ſtyl verheft, 't welk mede van een hooftjen verſien, en alſints met een ruygigheid beſet is.

Ider bloem brengd vier of vyf zaden voort, die haar als een gedoornd bolletjen vertoonen, en rijp geworden zynde, ligt van den anderen komen te wyken.



CAP.




ORLEANA, SEV ORELLANA FOLLICVLIS LAPPACEIS
Fig. 33

C A P. XXXIII.

ORLEANA, SIVE ORELLANA FOLLICULIS LAPPACEIS.
Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.
URUCU BRASILIENSIBUS.

Anno nonagesimo primo supra millesimum & sexentesimum prognata nobis semine, ex America ad nos transmisso, arbuscula isthæc, è cujus radice non admodum crassâ, fibris numerosis capillatâ, caudex cortice ex griseo fusco amictus, triennii spatio in sesquipedalem proceritatem excrevit.

Folia alternatim posita, cordiformia, quatnor quinqueve uncias longa, tres autem lata, hilariore virore perfusa, mucronata, pediculis biuncialibus & longioribus insident, quorum medium in longitudine nervo fulcatur, ex quo venulæ complures diffunduntur.

Flores, qui pentapetali, albi, incarnato diluti, nondum produxit, quos, si comparuerint, sequuntur folliculi lappacei, hispidi, pediculis uncialibus raecematim dispositi, tumidi, acuminati, ad basin lati, per maturitatem rufescentes, qui in duas partes dehiscentes, plurima continent semina, colore miniato, per exsiccationem obscurè rubro, formâ conicâ.

Quamvis perpetui viroris sit hæc arbuscula, brumam tamen rigidiusculam patienter perferre impos est, custodienda idcirco in hypocaustis vitreis.

Extractum è seminibus aquâ simplici confectum, haud exigui usus, ad butyrum & pannos linteos tingendos.

OBSERVATIONES.

Non solùm in Brasilia crescit, verùm etiam in variis Americæ plagis, tam in continenti quàm insulis, etiam

BRASILIAANSCHE ORLEAAN.

In 't Jaar 1691. hebben wy dit Boomje uyt Americaans zaad opgekregen, uyt wiens wortel, die niet seer dik en met veele zazelingen beset was, een stammeken voort-gekomen is, 't welk binnen drie jaren de hoogte van anderhalve voet bequam.

De bladeren staan eensaam boven den anderen, en zijn herts-wijs, vier of vyf duym lang, drie breet, bly-groen van verwe, gepunt, rustende voetjens die twe duym lang, ook wel langer zijn, welkers midden van een geveurde zenue doorlopen word, uyt de welke veele kleene aderkens voortkomen.

Tot nu toe en heeft dit gewas geen bloemen voort-gebracht, die anders vijf-bladerig en wit zijn, met licht incarnaat vermengd, wanneer deselve verschijnen, en na heen komen te vergaan, so werden sy gevolgd van klitzige, rouwe, opgeswolle, puntige, breet-grondige beurskens, of zaadbuyskens, dewelke trots-wys by een staan, op voetjens, die een duym lang zijn; dese rijp en bruyn van couleur geworden zijnde, gaan in tween open, waar in haar veele pijn-appels-wyse zaden onthouden, dewelke voor hare droginge meny-couleurig, en naheen bruyn-rood worden.

Hoewel dit Boomtje altoos groen staat, so en kan het evenwel geen guur weêr verdragen, weshalven het in glasekassen bewaard moet werden.

Het extract uyt de zaden met schoon water teebereyd zijnde, is van geen gering gebruyk, omtrent het verwen van boter en linne doeken.

AANTEKENINGEN.

Dit gewas en groeid niet alleen in Brasil, maar ook in verscheyde gewesten van America, en dat so wel aan de vaste

luxuriat arbor hic descripta, & indigenarum corporibus, illorumque supellectili ornandæ ejus semina inserviunt; Pluresque ejus species reperiri ex diversis & dissimilibus ejus fructibus liquidò constat; Præter hic depictam enim, cujus fructus nomine Bixa Oviedi, à Clar. Carol. Clusio exotic. lib. 3. c. 20. proponitur, duo alii nobis noti, quorum alter fructu latiori, & longioribus crebrioribusque spinulis aculeato, qui folliculi echinati & Daburi nomine ab eodem Clusio libro prædicto cap. 19. descriptus, depictusque; Alter fructu rotundiori cordiformi brevioribus & ferè nullis spinis hispido.

Folia Populi nigræ foliis conformia sunt.

kust als eylanden; en dienen desselfs zaden om de lichamen, als mede het huysraat der inwoonders te verçieren; het is seker dat 'er veele en verschryde soorten gevonden worden, en dat wegens de verscheydendheid der vruchten, want behalven die gene, dewelke hier verbeeld word, wiens vrugt met de name van Bixa Oviedi van Carol. Clusius Exot. lib. 3. cap. 20. *voorgesteld word; so zyn 'er ons nog twe anderen bekend, waar van d'ene van den selven Clusius in 't selve boek* cap. 19. *afgetekend en beschreven word, onder de benaming van Daburi, en is dese syne vrucht breder, en met langer, en meerder doorntjens beset: d'andere in tegendeel is ronder van vrucht, ook korter, harts-wys, en by na doornloos.*

De bladeren gelyken die van de swarte Populier.



C A P.



PHALANGIVM ÆTHIOPICVM RAMOSVM, FLORIBVS ALBIS, PETALIS REFLEXIS. *Fig 34*



CAP. XXXIV.

PHALANGIUM ÆTHIOPICUM RAMOSUM FLORIBUS ALBIS, PETALIS REFLEXIS.

INter ea, quæ Promontorium Bonæ Spei nobis suppeditavit semina, & hujus quoque plantæ debet recenseri; Prodiit autem anno M DC LXXXIX. è radice vivace, fibrosâ, caulibus ramosis, numerosis, sesquipedalibus, crassis, glabris, nitentibus, foliolis parvis, non admodum crebris, obsitis: Sunt autem folia, quæ è radicibus exeunt, longa, crassa, angusta, Porri æmula.

Flores sparsim dispositi, albidi, hexapetali, intus quinis, senisve staminibus compositi, quorum apices lutei, petala autem extrorsum sunt reflexa, oblonga.

Floribus succedunt vascula seminalia oblonga, triangula & in tres partes dehiscentia, in quibus semina fusca, trigona, superficie inæquali, & per microscopium visa, tribus foraminibus minutissimis pertusa.

ÆTHIOPISCH GETAKT PHALANGIUM MET WITTE BLOEMEN, EN BUYTENWAARTS OMGESLAGEN BLOEMBLADEREN.

ONder de zaden van de Caap de goede Hoop tot ons over-gestuurd zijnde, is ook geweest het zaad van dit gewas, en is by ons opgekomen in 't Jaar 1689. hebbende een zaselige wortel, (die lang in 't leven blyven kan,) ook veel getakte, dikke, gladde, blinkende, en met weynige kleene bladerkens besette steelen, die anderhalve voet lang zijn: de bladeren in tegendeel, dewelke immiddels uyt de wortelen voortkomen, sijn lang, dik, smal, die van de Pareije gelijkende.

De bloemen verspreyden haar wyt en breed van den anderen, deselve sijn wit, ses-bladerig, van binnen met vijf of ses bloem-draden versien, welkers hooftjens geel van couleur zijn: De bloem-bladeren sijn langwerpig en buytenwaards om geslagen.

Na het vergaan der bloemen so komen de zaad-huyskens te voorschijn, dewelke lang-werpig en drie-hoekig zijnde in drie deelen open gaan, waar in haar bruyne, drie-hoekige zaden verbergen, die van een oneffene superficie, en met drie seer kleene gaatjens doorboord zijn, die niet als door een vergroot-glas gesien konnen werden.

Floret ineunte æſtate, ſemenque perfecit in Horto noſtro.

Het bloeid in 't begin van de Zomer, en heeft in onſen Hof rijp zaad voort-gebracht.

Hyeme in hybernaculo reponenda, quoniam frigoris impatiens eſt.

Dewijl dit gewas de koude niet verdragen kan, ſo moet men het des winters in een winter-huys bewaren.



CAP.




LILIVM ZEYLANICVM SVPERBVM.
Fig 35

CAP. XXXV.

LILIUM ZEYLANICUM SUPERBUM.

Sarmenta ramosa, quæ, è radice oblonga, ex rotundo nonnihil compressa, crassa, ex duobus quasi brachiis composita, paucis fibris capillata, intus alba, libro fusco amicta, prodeunt, tricubitalia sunt, & proceriora, (pro ratione soli cui committitur,) rotunda, glabra, virescentia, calamum scriptorium tenuiorem crassa, quotannis marcescentia, radice in terra superstite, in terram procumbentia, nisi vario flexu fructices adsitos arripiant.

Folia, longioribus intervallis, inæquali & inordinato situ, sarmentis innascuntur, spithamam propè longa, duas uncias lata, in proceriorem mucronem capreolatum desinentia, saturatè viridia, sapore adstringente.

Ex alis foliorum ut & sarmentorum cimis flores emergunt, hexapetali, pediculis glabris, digitalibus & longioribus fulti, inodori, coloris speciosi, primò enim dilutè virescunt solo petalorum cuspide excepto, qui rubedine aliquâ perfunditur; & sic nutant, donec explicantur, quô factô non solùm eorum petala, verùm etiam stamina, stylusque sursum retròque flectuntur, & quæ primò erant dilutè viridia petala, sensim colore aureo, postremò autem coccineô imbuuntur; suntque hæc petala cuspidata, angusta, margine undulata, duas tresve uncias, pro soli fertilitate & solis calore, longa.

HOVEERDIGE ZEYLONSCHE LELIE.

De rijsachtige, en getakte scheuten van dit gewas, komen uyt een langwerpige, en een weynig plat-gedrukte, dikke, en gelijk als in twe gedeelde wortel voord, met weynig zazelingen versien zijnde, van binnen wit, van buyten met een bruyne bekleetsel overtrokken. Dese rijsachtige scheuten of steelen sijn drie ellebogen hoog, ook wel hooger, (na de gesteldheyd van 't aardrijk, daar se in staan,) deselve sijn ook rond, glad, groen, een dunne schrijf-penne dik, alle jaar vergaande, en alleen de wortel in wesen latende, sy leggen ook langs het aardrijk neder, ten zy deselve haar aan de nevens staande beesters kunnen komen vast te maken.

De bladeren, op een wyde distantie van een staande, sijn onordentlijk aan de rijsachtige scheuten gevoegd, ontrent een spanne lang, en twe duym breet zijnde; dese sijn hoog groen, t'zamen trekkend van smaak, en eyndigen in een lange omgekrulde punte.

De bloemen komen voord uyt de oxelen der bladeren, als mede uyt de toppe der scheuten, deselve sijn ses-bladerig, staande op een vinger lang voetjen, 't welk somtijds ook wel wat langer is, sy zijn reukloos, schoon van couleur, in 't eerst lichtgroen, uytgesonderd de punten der bloembladeren, die dan eenigsints roodachtig bevonden werden; en also hangen dese bloemen nederwaards, tot dat se open gaan, als wanneer niet alleen de bloem-bladeren, maar ook selfs de bloem-draden, en bloemstijl, haar opwaarts begeven, en wenden haar achterwaarts om; en als dan so veranderd ook de coulcur der bloem-bladeren, want sy die eerst groen waren, worden nu langsamer-hand gout-geel, ende ten laatsten rootscharlake-verwig: en sijn dese bloembladeren puntig, smal, aan de kanten op- en neder-gaande, twe, drie duym lang, na de hoedanigheyd en vruchtbaarheyd van de Aarde, en Sons warmte.

Staminibus donantur flores ſenis capitatis, ſtyloque viridi-fuſco, craſſo, triſulco.

Floribus emarcidis ſuccedit ſeminarium, trilaterale, duas circiter uncias longum, tricapſulare, in quibus plurima ſemina primò albicantia, per maturitatem rubra, nitentia, duplici ſerie diſpoſita.

Luxuriavit & floruit olim in Horto Medico Amſtelodamenſi, nullo inſequente fructu.

Partum facilitare radices creduntur.

Deſe bloemen ſijn verſien van ſes gehoofde bloem-draden, als mede van een bloem-ſtyl, dewelke bruyn-groen, dik, en boven in drie geſcheyden is.

Na de bloemen volgt 'er een drie-zydig zaadbuysken, 't welk ontrent twe duym lang, en drie-zaadbuyſig (tricapſulare) *is: Hier in ſijn de zaden, dewelke getal-ryk, eerſt wit, en rijp geworden zijnde, rood, en blinkend zijn, gerengeert in een dubbelde rye.*

Dit gewas heeft eertijds in den Amſterdamſchen Hof weelderig gegroeid, en gebloeid, ſonder eenige vruchten te verleenen.

Men geloofd dat de wortels dienſtig zijn tot bevorderinge van de baring.

OBSERVATIONES.

Non ſolùm frutices, arboreſque adſtantes, ſarmentis ſuis flexilibus aſcendit & perreptat, ſed capreolis mucroni foliorum enatis omne arripit hæc planta venuſta, & ſpecioſa, quæ Horti Malabarici Authoribus *Mendoni*, Clariſſimo Hermanno verò Cat. H. Lug. *Methonica* Malabarorum, audit.

Cubitum inflexum vel gnomonem fabrilem repræſentat radix, quæ in icone minus rectè delineata eſt, utrinque enim in obtuſum mucronem abit.

AANTEKENINGEN.

Dit ſchoon en aardig gewas, en klimt niet alleen door des ſelfs buygſame en ryſachtige ſcheuten tegens de naaſt by ſtaande Heeſters en Boomen op, maar grypt ook alles aan, door des ſelfs clawierkens, die uyt het eynde der bladeren voortkomen; Het ſelve werd van de Autheuren van den Hortus Mal. Mendoni, *maar van den Heer Profeſſor Hermans Cat. H. Lug.* Methonica *der Malabaren geheten.*

De wortel, dewelke in de tekening niet wel verbeeld word, gelykt ſeer wel een deue-hoek, der werk-lieden, en is des ſelfs uyt-eynde weder-zyds in een ſtompe punt eyndigende.



CAP.




LILIO-NARCISSVS AFRICANVS PLATICAVLIS HVMILIS, FLORE PVRPVRASCENTE, ODORATO

Fig. 3



C A P. XXXVI.

LILIO-NARCISSUS AFRICANUS PLATICAULIS, HUMILIS, FLORE PURPURASCENTE, ODORATO.

AN NARCISSUS MAJOR INDICUS SEROTINUS *CORNUTI?*

QUem hic recensemus Lilio-narcissum, cum Narcisso sphœrico Indico flore liliaceo Ferrarii vulgò confunditur, quantumvis ab eo prorsus sit alienus, neque ulibi à Ferrario commemoratus: videtur autem convenire cum Narcisso majore Indico serotino Cornuti fol. 155. cap. 57.

Radice nititur magnâ oblongo-rotundâ, bulbosâ, ad basin, ubi carnosæ habitioresque fibræ albicantes prodeunt, planâ, colore (post exsiccationem) obsoletè flavo.

Folia humi dispersa, oblique prodeuntia, sena, octona, duas spirhamas longa, sescunciam lata, in apicem desinentia, crassa, glaucè virentia, striata.

Caulis semi-spithamam longus, aut procerior, planus, latus, ex viridi-purpurascens à latere foliorum exsurgit, in cujus cacumine membrana vaginalis emergit, quâ expansâ, umbella florum hexapetalorum, odoratorum apparet, quorum numerus quatuor supra viginti, & auctior, pro ratione magnitudinis bulbi; flores autem partiales pediculis nituntur tenuibus, digitalibus, & brevioribus, formâ Lilii albi; color autem primò dilutè purpurascens, non sine mixtura albicante, posteà in saturariorem purpuram degenerat.

Stamina sena florum umbilicum occupant, capitulis purpureis donata, inter quæ stylus protractus emergit.

AFRICAANSCHE LELY-NARCISSE MET EEN RUYKENDE PURPURE BLOEM EN LEGE PLATTE STEEL.

DEse Lely-wijse Narcisse, die wy hier vertoonen, werd gemeenlijk geconfundeert met de Indiaansche Narcisse met de bol-ronde en lely-wijse bloemen, dewelke van Ferrarius aangewesen is, edog deselve en is nergens van Ferrarius verbeeld, maar komt niet qualijk over een met die gene, die Cornutus, Cap. 57. f. 155. laat-voordkomende Indiaansche Narcisse genaamd heeft.

De wortel is een langwerpig-ronde bol, van buyten (na dat se gedroogd is,) vaalgeel, uyt wiens platte grond veele lyvige, witte veselen voort komen.

De bladeren sijn ses of acht in getale, dewelke wederzijds voort komende, op 't aardrijk verspreyd leggen, dese zijn dikachtig twe spannen lang, anderhalve duym breed, voor spits toelopend, van couleur asch-verwig-groen, en gestreept.

De bloem-steng een halve span, ook wel hoger groeijende, is platachtig, breet, purpurachtig-groen, en komt by-zijden de bladeren te voorschijn; uyt wiens uyterste sig een vellige of vliesige schede op doet, dewelke na de grootheid des bol-wijse wortels geopend zijnde, een hoop van 24. en meer bloemen te voorschijn brengen, deselve sijn ses-bladerig, waijers-wys geplaatst en lieflijk van reuk: Ider deser bloemen staat op een vinger lange, ook wel korter, en dun steeltje, van gedaante een witte lely gelijkende. Van couleur sijn dese bloemen in 't begin licht-purpur-verwig, met wittigheid doorlopen, daar na een hoger purpur aannemende.

In 't midden der bloemen doen haar ses bloem-draden op, versien van purpure topjes, tusschen dewelke een lange bloem-stijl geplaatst is.

Flores, qui in fine Mensis Augusti aut Septembris non simul, sed alternatim panduntur, suavè olent, quibus præteritis perficiuntur capsulæ seminales, breviores, triquetræ, seminibus rotundis præditæ, quæ sub climate nostro duriore raró aut nunquam ad perfectam maturitatem perducuntur.

Patriam agnoscit Promontorium Bonæ Spei, unde ad nos pervenit liberalitate Nob. & Stren. D. Simonis vander Stel, Gubernatoris ibidem meritissimi.

Eandem exposcit cum cæteris ex Africa allatis plantis culturam: locanda igitur hæc in fictili terreo satis capaci, solo laudabili referto, modico indiget humore, multô calore, tempore autem hyemali à frigore, præsertim à gelu cautè præservanda.

Dese bloemen sijn aangenaam van reuk, en komen in 't laatste van September of October te voorschijn; sy en openen haar niet te gelijk, maar successivelijk d'een na d'ander; vergaan sijnde volgen haar driehoekige, korte zaad-huiskens, waar in ronde zaden onthouden werden, die hier te lande noyt rijp worden.

De geboorte plaatsen, van dit gewas, is de Caap de goede Hoop, van waar ons die over gestuurd is, door den wel Ed. Heer Simon van der Stel, Gouverneur van die plaatse.

Het vereyst deselve culture met de andere Gewassen, uyt Africa toegesonden zijnde: derhalven moet men deselve in een groote aarde pot met goede aarde setten, en dat op een warme plaats, ook des winters sorgvuldig voor de koude, en insonderheid voor de vorst, bewaren.



CAP.





LILIO-NARCISSVS CEYLANICVS LATIFOLIVS FLORE NIVEO, EXTERNE LINEA PV RPVREA STRIATO

Fig. 37

CAP. XXXVII.

LILIO-NARCISSUS CEYLANICUS LATI-FOLIUS, FLORE NIVEO, EXTERNE LINEA PURPUREA STRIATO.

TOLABO CEYLANENSIBUS.
Par. Bat. Prod.

ANno M DC LXXXV. planta hæc *Tolabo* nomine Ceylonâ nobis transmissa, radice bulbosâ, albicante, oblongo-rotundâ, lanugineis fibris donata.

Folia longa, lata, glabra, hilariore virore perfusa, sulcata & carinata, sapore amaricantia; obliquè & ex adverso humi fusa, inter quæ, non medius caulis, sed relictis foliis, ad latera erumpit bipedalis, teres, coloris purpurascentis, qui fastigiatur in flores, membranaceâ thecâ seu vaginâ bifidâ, purpurascente, emergentes, umbellatimque dispositi, num. ro sêni, pluresve, hexapetali, pediculis tenuibus fulti, odore Lilii Convallii gratissimo; Horum petala in mucronem abeuntia, Lilii albi vulgaris æmula angustiora tamen, colore niveo, parte autem exteriore striis purpurascentibus & secundum longitudinem excurrentibus variegato.

Florum medium occupant stylus, ut & stamina sex, nivea, apicibus luteis capitata.

Floribus evanidis succedunt vascula seminalia triangularia, quorum semina nunquam ad perfectam maturitatem perduxi.

Culturâ ritè observata, floruit per aliquot annos in Horto Nostro Mense Junio.

BREET-BLADERIGE CEYLONSCHE LELY-NARCISSE, MET EEN SNEEU-WITTE, EN VAN BUYTE PURPUR GESTREEPTE BLOEM.

IN 't Jaar 1685. is ons de wortel van dese plante uyt Ceylon over gesonden, met de name van Tolabo: deselve is knobbelachtig, wit, langwerpig rond, en met wolachtige zazelingen versien.

De bladeren sijn lang, breet, glad, blygroen van verwe, geveurd, en gekield (carinata) *bitterachtig van smaak, schuyns en over dwers langs de aarde verspreyd: De bloem-steng en komt niet uyt het midden, maar aan de zyde der bladeren te voorschijn, deselve is twe voet lang, rond, purpur-verwig aan wiens opperste de bloemen haar vertoonen, en dat uyt een schee-wys, en in twe gespouwe purpur-verwig vlies; dese bloemen staan waijers- of kroontjens-wys gerengeert, en dat seven, ook wel meer by een, ses-bladerig, van reuk seer aangenaam en die van de Lelyen van den Dale gelijk. Dese bare bloem-bladeren, voor spits-toelopende, zijn die van de witte Lelye enigsints gelijk, hoewel smalder, wit van couleur, van buyten met purpure strepen in de lengte doorlopen.*

De bloem-stijl werd nevens ses bloemdraden in 't midden des bloems gevonden, en zijn dese bloem-draden met geele hooftjens begaafd.

Na de bloemen volgen drie-hoekige zaadhuyskens, welkers zaden ik noyt tot volmaaktheid gebracht hebbe.

Dit gewas heeft eenige jaren in den Amsterdamschen Hof gebloeid, en dat in de Maand van Juny, een goede oeffeninge waargenomen zijnde.

OBSERVATIONES.

Non solùm fibris lanugineis donata est radix, sed ipse integer bulbus, si arescat, in fila tenuissima ductilis, quæ tenuitate & mollitie, sericum saltem æquant, si non superant, quod in bulbis Africanis, Narcissinis foliis Horti Lugd. etiam conspicuum, cum quibus in plerisque partibus plurimùm convenit hæc planta.

AANTEKENINGEN.

De wortel van dese plante en is niet alleen versien van wolachtige draden, maar selfs de geheele bol droog geworden zynde, kan men in seer fyne hayrige zazelingen scheyden en uyt trekken, en syn dese draatkens ten minste so fyn en sagt, als zyde, 't welk men ook gewaar word in de Africaansche Bollen, met Narcisse bladeren Horti Lugd. met de welke dit gewas in alle deelen seer wel over een komt.



CAP.





NARCISSVS CEYLANICVS FLORE ALBO HEXAGONO ODORATO. Fig. 38



CAP. XXXVIII.

NARCISSUS CEYLANICUS FLORE ALBO HEXAGONO ODORATO.

LUNULA CEYLANENSIBUS.

Cat. Hort. Lug. Bat.

DUæ occurrunt species hujus plantæ, magnitudine & petalis differentes.

Hujus radices bulbosas possidemus ex munere reverendi Viri D. Pyl, celebris urbis Columbo Gubernatoris dignissimi; Cujus descriptionem à Clariss. Hermanno concinnatam, hic commemorare erit operæ pretium.

Huic Narcisso substernitur bulbus oblongo-rotundus, pallidus, sub corticibus suis lanuginosus, folia promens Narcissina, ast breviora; Ad horum latera assurgit thyrsus lævis, crassitudine calami, proceritate dodrantali, in cujus apice turget vagina membranacea, excludens florem unicum hexagonum, monopetalum, candidum, odoratissimum, sex foliaceis deorsum flexis circinatisque laciniis dissectum, medium occupat calix, duodecim per oras crenis incisus, ex quo producitur stylus cum sex subalbidis falcatis staminibus in luteos apices desinentibus; Sequuntur semina fusca, angulosa, in vasculo tricapsulari, de more congenerum. Huc usque Hermannus.

Flores pandit Mense Julio, quod difficilè evenit, nisi cultura debita suppetias afferat.

CEYLONSCHE NARCISSE, met een SES-HOEKIGE, WITTE, en RIEKENDE BLOEMEN.

DAar werden twederley soorten van dit gewas gevonden, van groote en bloem-bladeren verschillende.

De bollen van dese zijn ons toegesonden door den eerwaardige Heer Pijl, Gouverneur van de vermaarde stad Columbo. Wiens beschryvinge van den Heer Professor Hermans in 't licht gebracht zijnde, hier weerdig is te verhalen.

Dese Narcisse heeft een langachtig-ronde bol-wortel, bleek van couleur, dewelke tusschen hare schorsse, die hayrig is, bladeren voord brengd, over een komende met die van gemeene Narcisse, edog korter; aan de syde deser bladeren vertoond sig de bloem-steng, zijnde een schrijf penne dik, glad, en drie derde van een voet hoog: aan het opperste van de selve doet sig een geswolle vliesige schede op, en dese haar openende vertoont sig een eenige, en ook een bladerige bloem, sijnde gloeindwit, ses kantig, seer lieflijk van reuk, en in ses omgewelde en omgekrulde snippelingen verdeeld; in 't midden vind men de bloem kelk, wiens uyterste in twaalf kleene snippelingen gesneden is; uyt deselve komt de bloem-stijl, te gelijk met ses witagtige seysens-wyse bloem-draden, versien van geele hooftjens: hier na komen bruyne, hoekige zaden te volgen, leggende in een drie-zaadhuysig vaatjen (*vasculo tricapsulari*) op de wijse van hare medesoorten. *Tot hier toe den Heer Hermans.*


De bloemen vertoonen haar in de Maand van Juli, 't welk evenwel niet en geschied, ten sy een behoorlijke oeffeninge en waarneminge daar toe aangewend word.

Nescit ferre frigus, ea propter hyemali tempore cautè præservanda ab aëris frigidioris injuriis; ineunte æstate fovenda in cista enutritioni plantarum idonea, & modicà aquâ irriganda.

Multiplicatur & propagatur bulbulis in ambitu bulborum enascentibus.

Dit gewas en kan geen koude verdragen, weshalven men het des winters sorgvuldig bewaren moet voor de koude: in 't begin des zomers moet men het weder in een bequame glase kasse koesteren, en matelijk bevochtigen.

Het word vermeenigvuldigd en voordgeset door die kleene bollekens, dewelke aan de zyde des groote bols komen te groeijen.



CAP.





NARCISSVS AMBOINENSIS FOLIO LATISSIMO ROTVNDO, FLORIBVS NIVEIS INODORIS



C A P. XXXIX.

NARCISSUS AMBOINENSIS FOLIO LATISSIMO ROTUNDO, FLORIBUS NIVEIS INODORIS.

An ALLIUM VEL COEPA SYLVESTRIS AMBOINENSIS FOLIO ROTUNDO *Rumphii?*

NEc Alliaceis, nec Cœpaceis plantis accenſenda hæcce eſt; Bulbus enim oblongo-rotundus, albicans, Narciſſinis bulbis undique ſimilis eſt, fibris craſſioribus ditatus, omniſque odoris expers.

Folia emittit quaterna, aut quina, pediculis longioribus, craſſiſque innitentia, magna, lata, ſubrotunda, & in apicem quendam terminantia, utraque parte dilutè viridia, & ferè inſipida, diverſis nervis per longitudinem illorum diſcurrentibus diſtincta, qui nervi in prominulum & dictum apicem omnes coëunt.

Inter folia caulem ſeſquipedalem & altiorem emittit, rotundum, lævem, cujus faſtigium ornant flores inodori decem, duodecim, & plures nivei, è membranaceo involucro erumpentes, pediculis longioribus & glabris fulti, quorum ſinguli ſenis conſtant petalis oblongis, in mucronem exeuntibus: medium horum occupat calix, ſex crenis inciſus, è quo ſtylus niveus producitur, quem ſex ſtamina cingunt concoloria, quorum apices lutei.

Hiſce ſuccedunt capſulæ ſeminales triangulæ.

Flores Menſe Junio protulit.

NARCISSE VAN AMBOINE MET SEER BREDE EN RONDE BLADEREN, EN SNEEU-WITTE REUK-LOOSE BLOEMEN.

DIt gewas behoord geenſints tot dat van Look, nog Ajuyn, want de bol is langwerpig rond, witagtig, ſonder reuk, verſien met dikke veſelen, en in alle deelen die van de Narciſſe gelyk.

Hier uyt komen 4. 5. bladeren voort, ſtaande op lange en dikke ſteelen; deſe bladeren ſijn groot, wederzijds bly-groen van verwe en by na ſmakeloos: waar door heen na de lengte verſcheyde zenuen loopen, die aan 't einde van het blad, in de geſeyde punte, by den anderen komen.

De bloem-ſteel, tuſſchen de bladeren voort-komende, is anderhalve voet lang, ook wel langer, deſe is rond en glad, wiens uyterſte toppe verçierd word van 10. 12. en meer ſneeu-witte, reuk-looſe bloemen, dewelke uyt een vlieſig bekleetſel voortkomende, op lange gladde ſteeltjens ſtaan. Yder deſer bloemen beſtaan uit 6 langwerpige en ſpits-toelopende bloem-bladeren, hebbende in 't midden een ſes puntige kelk, uyt wiens midden een ſneeu-witte bloem-ſtyl te voorſchyn komt, rontom beſet met 6 bloemdraden, van gelijke couleur, verſien van geele topjens.

Na deſe komen de zaad-huyskens te voorſchyn, dewelke drie-hoekig zijn.

De bloemen zijn ons in Junio verſchenen.

Multo calore indiget, idque non ſolùm hyemali, verùm etiam æſtivo tempore, quo denegato rarius plantam hanc floribus onuſtam conſpicere licet.

Bulbus Bataviâ miſſus nullo adſcripto nomine.

Dit gewas heeft veel warmte van noden, niet alleen des winters maar ook des ſomers, en by gebreken van dien, ſo ziet men ſelden dat het bloemen voordbrengd.

Deſe bol is ons van Batavia toegeſonden ſonder eenige name.



CAP.



GRATIOLÆ AFFINIS FRVTESCENS AMERICANA FOLIIS AGERATI, SEV VERONICÆ ERECTÆ MAIOR

Fig.



C A P. XL.

GRATIOLÆ AFFINIS FRUTESCENS AMERICANA, FOLIIS AGERATI, SEU VERONICÆ ERECTÆ MAJORIS. *Breynii Prod.* 2.

CAPRARIA CURASSAVICA, CABRITTA *vulgò dicta.*

PLanta hæcce fruticosa tripedalem & altiorem assequitur proceritatem, radicibusque nititur albicantibus, multis fibris capillatis.

Caulis digitum crassus, cortice griseo amictus, in multos panditur ramos, foliis vestitos inconditis, ferè inodoris, oblongis, mucronatis, serratis, Agerati non disparibus, sapore ferè fatuo.

Ex alis foliorum flores emergunt, pedicellis longiusculis & calicibus quinque-partitis innitentes, monopetali, in quinque lacinias divisi, nivei; Quibus excussis, succedunt semina exilia, oblonga, coloris fusci, quæ continentur in caliculis in quatuor partes dehiscentibus.

Natales suos Curassaviæ; ut & adjacentibus Americæ Insulis debet, quorum incolis *Cabritta* audit; capræ enim avidè hanc efitant plantam, & sic ex re nomen habet.

Planta hæc radicibus suis vivacibus solo nostro facilè assuescit, semenque profert maturum, multo tamen calore & humore indigà.

Anno M DC XC. ad meas pervenit manus arcula, quam attulerat navis Gallorum, ex America redux; hujus plantæ foliis exsiccatis, & Theæ instar præparatis, tepleta, quod ideo factum puto, ut loco herbæ Theæ venditarent.

CURASSAUS CABRITTEN-KRUYD.

DIt beesteraehtig gewas de hoogte van drie voeten, en ook wel hooger opschietende, heeft witte wortelen, dewelke zazel-rijk zijn.

De steel van een grauwe schorsse omvangen zijnde, is een vinger dik, en werd in veele takken verdeeld, beset zijnde met irregulier staande bladeren; deselve zijn by na reuk- en smaak-loos, langwerpig, puntig; en aan de kanten geschaard, die van de Ryn-bloemen of Motten-kruyd niet ongelijk.

De bladeren gelijken die van de wijngaard niet qualijk, twee aan twee over malkanderen geplaatst, en in seven diepe en hoekige verdeeltheden gesneden zijnde; deselve rusten op lange voetjens, en sijn met kleene hayrtjens beset zijnde, stinkende van reuk, en bitter van smaak.

De bloemen sijn reukloos, vijf-bladerig, licht-geel, en in 't midden met ses bloemdraden versien: onder deselve zijnder veele, die vruchtloos komen af te vallen, 't welk de comcommerige planten seer gemeen is, maar die gene, dewelke vrucht-dragende bloemen zijn, dese besitten van den beginne af het beginsel van een vrucht, aan wiens uyterste het bloemtje vast sit, schoon het aan 't vergaan is.

De vrucht is gelijk als een Comcommer, langwerpig, in 't midden uytpuylende, voor spits toelopende: de schorsse is knobbelachtig en oneffen; in 't eerst bleek witachtiggroen, daar na saffraan-verwig; wanneer de vrucht rijp is, so berst deselve aan 't eynde open, waar door men als dan het voose, geele, en soetachtig merg in 't gesigte krijgt, dul-

dulci amicta, in conspectum producuntur.

Semina oblonga, plana, fusca, Cucurbitæ minoris ferè æmula, aspera, figuris variis insignita, modice acuminata cum fovea aut compressione in utroque latere, nucleo albicante & amaricante prædita.

Eodem, quo semina & fructus perficit, anno, perit; annua enim est planta, quæ singulis annis semine renovanda, quod committendum & fovendum loco soloque calido, enutritioni plantarum exoticarum idoneo, quibus neglectis sterilitatem adipiscitur.

In India Lupuli vicem supplent folia in confectione cerevisiæ, ad necandos & expellendos vermes decoctio foliorum ex aqua simplici facta verminantibus propinatur; Oleum Olivarum, in quo fructus macerati sunt, vulneribus recenter inflictis sanandis conducit, prodestque cutis scabiei.

Præter hanc descriptam & aliæ duæ olim quoque sedem fixerunt in Horto nostro, nempe Balsamina Cucumerina, fructu minore flavescente, Authoribus Hort. Mal. T. 8. Pavel dicta: Ut & Balsamina rotundifolia repens, sive mas Bauh. Pin., quæ à multis est descripta, ita ut supervacaneum foret illam hic inserere, & describere.

als mede de zaden, omvangen zijnde van een schoon root bekleetsel.

De zaden zijn langachtig, plat, die van de kleene Caauwoorden niet qualijk gelijkende, rouw, bruyn, en als met verscheyde figuren getekend, tamelijk puntig, wederzijds wat ingedrukt, van binnen versien met een bittere en witte pit.

Het vergaat 't selve jaar wanneer de vrucht en zaden rijp geworden zijn, want het is een een-jaarige plante, die alle jaar van nieuws op gezayt moet werden, en dat op een warme plaats, bequaam om uytheemsche planten uyt te broeien, en sonder dat blijfd deselve onvruchtbaar.

De bladeren werden in Indien gebruykt in plaatse van Hop in het maken van Bier, het afsietsel met schoon water toebereyd, geeft men aan die gene te drinken, dewelke met wormen beladen zijn; de vrucht in Olijf Oly geleyt, geneest de versche wonden, en schorftheyd des huyts.


Behalven dese, hebben wy nog twe andere soorten in onsen Hof gehad, namentlijk, de Comcommerachtige Balsem kruyd, met een kleene geele vrucht, in den Hort. Mal. beschreven onder de name van Pavel, en dat in 't achtste deel. Als mede Kruypend Mannekens Balsem kruyd, met ronde bladeren van Bauh. in Pin. beschreven, edog dewijle dese van veele verhandeld en beschreven zijn, achten wy het onnodig deselve hier by te voegen.

CAP.



FICOIDES, SEV FICVS AMERICANA SPHÆRICA TVBERCVLATA LACTESCENS, FLORE ALBO, FRVCTV PYRAMIDALI RVBRO

Fig. 55



CAP. LV.

FICOIDES VEL FICUS AMERICANA SPHÆRICA, TUBERCULATA, LACTESCENS, FLORE ALBO, FRUCTU RUBRO PYRAMIDALI.

Cat. Hort. Beaum.

INter omnes plantas, quas Omnipotens Conditor è terra produxit, haud infimum locum occupat isthæc Ficoides, quæ caudice & foliis quasi priva, è terra emergit obscurius virens, oblonga, superiore parte plana, semipedalis est longitudinis, ambitus verò pedem integrum præter propter æquat; parte exteriore plurimis oblongis tuberculis obsita, quorum cimi spinulis spadiceis armati.

Flores exigui ex ambitu inter tubercula emicant, albicantes, quibus emarcidis succedunt coloris amethystini fructus oblongi cum prominula fibrilla ex ejus apice: horum pulpa purpureo-rubicunda & subdulcis, plurimis seminibus exiguis, pullis, infarcta, quæ maturitatem adepta cum fructu procidua quotannis propullulant.

Planta transversim secta experimur eam constare carne, cucumeraceæ immaturæ simili, herbido pallore albescente, saporis sub acris, hinc inde succo lacteo emanante, præsertim parte exteriore læsa, ut & vasis succiferis, quæ à centro ad circumferentiam ducuntur.

Radix ei vivax, exilis, paucisque fibris capillata.

America alit hanc plantam, ex Curassavia & aliis Americæ insulis ad nos translatam.

RONDE, GEBUCHELDE, AMERICAANSCHE MELK-GEVENDE VYGE, MET WITTE BLOEMEN, EN ROODE PYRAMID-WYSE VRUCHTEN.

ONder alle gewassen, die den Almogende Schepper uyt het Aardrijk heeft laten voortkomen, en heeft geensints de minste plaatse dese kleene vyge, dewelke gelijk als stam- en bladerloos uyt het aardrijk voortkomende, donker-groen, en langwerpig is, van boven plat, in den omtrek ontrent een voet dik, een halve voet lang, van buyten met seer veel langachtige heuveltjens beset, welkers uyterste gewapend is met rosse doorntjens.

De bloemen sijn kleen, wit, en komen tusschen de geseyde heuveltjens voort; dese verdroogd zijnde vertoonen haar langwerpige, rood amethyst-verwige vruchten, uyt welkers toppe een kleen zazelingtje te voorschijn komt: het merg deser vruchten is purpurrood van couleur, en zoetachtig van smaak, vervuld met seer veel kleene swarte zaden, dewelke rijp geworden, en op 't aardrijk gevallen zijnde, jaarlijks jonge plantjens voortbrengen.

Dese plaute, dwers doorgesneden zijnde, bevinden wy te bestaan uyt een vlesige substantie, dewelke die van een onrijpe comcommer gelijk is, wit van couleur, met eenige bleke groenigheid vermengd, eenigsints scherp van smaak, hier en daar eenig melkachtig zap van sig gevende, voornamentlijk als men het buytenste komt te quetsen, of wel de sap-rijke vaten, die van 't middel-punt na den omtrek lopen.

Dit gewas heeft een kleene, lang-levende en niet seer zazel-rijke wortel.

America is desselfs natuurlijke groeiplaats, en is tot ons overgestuurd uyt Curassauw, en andere omleggende eylanden.

Frigoris est impatiens, pauco solo & aqua indiga, conservandaque in repositoriis fenestris vitreis instructis.

Het en kan geen koude verdragen, en heeft ook weynig aarde van noden, ook en moet het niet veel begoten, en in een glase-kasse bewaard worden.

OBSERVATIONES.

Primo ortu sphæricæ quidem est figuræ, verùm planta adolescens teres fit, nullis tamen sulcis exarata, & altera alteri quasi innascitur, Cerei spinosi facie.

Flores lanugine mollicella, densa, obsiti, non è plantæ summo exoriuntur, sed ex ambitu inter tuberosas prominentias, spinulis in extremo armatas, ita ut impunè eos carpere non liceat.

Monopetali sunt flores, (quorum laciniæ squamatim sibi invicem impositæ, ex latiori basi in aculeum tenuissimum, atro-purpureum abeunt,) qui non rarò, luxuriante natura, gemelli, sibi invicem connati, visuntur, sicut annexa figura indigitat; extrinsecus albido virescunt, intrinsecus albido colore nitent.

Stylus nutritivus, qui extremo in plures partes minutissimas divisus, asteriscum repræsentat, hujus color ex luteo purpurascens.

Staminula numerosissima, brevia, albicantia, apiculis luteis apiculata.

Pars fructus latior, cui & flosculus emarcidus & siccatus plerumque adhuc adhaeret, primum producitur, & paulatim gracilescens pyramidalem induit formam fructus.

AANTEKENINGEN.

Dit gewas is wel bol-rond, wanneer het selve jong is, maar oud geworden zynde word het langwerpig rond, sonder nochtans gevoord te zyn, en schynt d'ene uyt d'andere voort te komen, op de wyse van een doornige was-kaarsse, (Cereus.)

De bloemen, met een sachte donsigheid digt beset zynde, en komen niet uyt het opperste van de plante, maar uyt den omgang des gewas, tusschen de bulsige gedoornde bewveltjens, so dat men se sonder quetsinge niet en kan plukken.

Het zyn een-bladerige bloemen, (welkers snippelingen schubs-wyse op den anderen leggen, deselve zyn breetachtig aan haar grond, en eyndigen in een dun swart purpur-verwig doorntje) dewelke somtyds twe aan een gevoegd werden, de natuur weeldrig zynde, gelyk sulks de geannecteerde figure verbeeld: dese bloemen syn van buyten uyt den witte groen, van binnen blinkend en wit.

De voedende bloem-styl, dewelke aan het eynde in veele deelen gesneden is, verbeeld een klein sterretje, van couleur uyt den geele purpur-verwig.

De bloem-draatjens syn seer veele, kort, wit, en met geele hoofjens versien.

Het breedste gedeelte des vruchts, waar aan het verdroogde bloemken gemeenlyk vast zit, komt eerst te voorschyn, en de vrucht allenkskens uytwassende en verdunnende, krygd een pyramids-wyse gedaante.



CAP.



FICVS INDICA SEV OPVNTIA CVRASSAVICA MINIMA. *Fig. 56*

C A P. LVI.

FICUS INDICA, SEU OPUNTIA CURASSAVICA, MINIMA.

Cat. Hort. Beaum.

INDIAANSCHE VYGE, OF KLEENSTE CURASSAUSCHE OPUNTIA.

EX radicibus ligneis, quæ fibris non admodùm crebris prædita sunt, prodit hæc planta fruticosa admiranda, cujus folia inferiora non solùm in caudicem degenerant, verùm etiam superiora ramos repræsentant.

UYt houtachtige en niet seer zatelrijke wortelen komt dese beesterachtige en wonderbare plante voort, wiens onderste bladeren niet alleen in een stamme veranderen, maar ook de bovenste takken komen te verbeelden.

Folia sunt admodùm succulenta, crassa, palmam, non raró quoque spithamam longa, digitum minimum lata, nec multò minus crassa, humore viscido referta, plurimis tuberculis exasperata, è quibus spinulæ crebræ prodeunt tenues, rigidæ, acutæ, contrectantibus facilè adhærentes, foliaque relinquentes.

De bladeren zijn bysonder sap-rijk, dik, een palme, ook wel een spanne lang, een pink breed, en ook niet veel dunder, met een slijmerige vocht vervuld, en ongelijk van superficie of oppervlakte wegens de veelheyt der bultjens, waar uyt veele kleene, dunne, stevige, scherp-stekende doorntjens voortkomen, dewelke aangeraakt zijnde, hare bladeren licht verlaten, en haar aan de aanrakers vast hegten.

Sub climate nostro flores nondum, quòd sciam, protulit.

Tot nu toe en heeft het hier te lande niet gebloeid, voor so veel my bekend is.

OBSERVATIONES.

Crescendi modo à reliquis Opuntiæ speciebus minimè differt hæc, sed omni ex parte minor, & innumeris spinulis armata; Congenerum more facillimè

AANTEKENINGEN.

Dit gewas en differeert geensints in manier van groeien van de andere soorten van de Indiaansche Vygen, alleen is deselve in allen deelen kleender, en met ontelbaare doorntjens

propagatur; calore multo & rariore irrigatione contenta.

Neque flores neque semina in loco natali conspicere licuit illis, qui ex Curacao hanc nobis attulêre plantam, quibus & flore & semine vidua dicitur.

gewapend; Het werd ook op de wyse van desselfs consoort licht voort-geteeld, waar toe veel warmte en weynig vochtigheyt van noden zyn.

Die dese plante uyt Curacao medegebracht hebben, seggen, datse aldaar hare bloemen, nog saaden noyt vernomen hebben, en datse vertrouwen, dat dit gewas nog bloem nog zaad komt voort te brengen.



CAP.



ANANAS

Fig. 57



C A P. LVII.

ANANAS. *Acostæ, Pisonis.*
SEU
CARDUUS BRASILIANUS FOLIIS ALOES. *Bauh. Pin.*

HErbis pomiferis accenſenda hæc planta, cujus variæ extant varietates reſpectu foliorum, ut & fructus magnitudine. Vulgaris eſt, quæ hîc à me deſcribitur, quæque in Horto Medico arte exculta, ſingulis annis magnos ac maturos protulit fructus.

Radix ei craſſa, Cinaræ ſeu Cardui edulis in modum fibras aliquot ſpargens capillares.

Folia in aculeum abeuntia, ſeſquipollicem lata, longitudine duos pedes non rarò adæquant, rigida, dilutè viridia, ad oras aculeis munita.

Caulis, qui inter folia exurgit, pedalis eſt proceritatis, rotundus, digitum minorem craſſus, duobus tribuſve foliolis obſitus, cujus cacumini fructus inſidet oblongo-rotundus, tuberculis ſuis bullatis, Pini fructum referens.

Floſculi Menſe Majo, aut ineunte Junio ex ſingulis fructuum tuberculis exeunt ſinguli, tripetali ex cæruleo-purpuraſcentes, è quorum medio ſtamina ſex prodeunt lutea.

Fructus primò viridis & nitens, per maturitatem colorem intensè flavum induit Menſe Auguſto, aut Septembri, caro fructus ex albicante flaveſcit, odore gratiſſimo, ſuccoſa, guſtu acido-dulci, vinoſo.

E fructus cacumine plantula nova generatur, Corona dicta, quæ decerpta, ſoloque convenienti impacta, facilè propagatur.

Fructus maturitatem perfectam adeptus in taleolas ſecundum longitudinem ſecatur, (cortice exteriore ademptò) quæ Vi-

A N A N A S
O F
BRASILIAANSCHE DISTEL MET BLADEREN VAN ALOE.

DIt gewas behoord onder de appel-dragende kruyden, en word groote veranderinge onder deſelve gevonden, ſo in grootheid des vruchts, als in de bladeren. 't Is de gemeene, die hier van my beſchreven word, ſo als ik die door de konſte in onſen Medicijn Hof gecultiveert, en alle jaren tot volkome rijpigheyd ſijner vruchten, die groot waren, gebracht hebbe.

De wortel is dik, eenige dunne veſelingen, op de wyſe van Articiochen van haar gevende.

De bladeren zijn ſomtijds twe voeten lang, anderhalve duym breed, ſtyf, lichtgroen, aan de kanten, en ook aan haar uyterſte met doornen beſet.

De ſteel, dewelke tuſſchen de bladeren uytſchiet, is een voet lang, rond, een pink dik, met twe of drie kleene bladerkens beſet, wiens toppe de vrucht beſit, van maakſel langwerpig rond, een pijn-appel niet qualijk gelijkende, van wegen deſſelfs uytpuylende knobbels.

De bloemkens komen in de Maand van May, of in 't begin van Juny te voorſchijn, uyt ydere knobbel een, zijnde driebladerig, blaauw-peerſig, in 't midden met ſes geele bloem-draden verſien.

De vrucht is in 't eerſte blinkend-groen, en in de Maand van Auguſtus of September rijp geworden zijnde, ſo is deſelve hoog- en rosachtig-geel, ſeer lieflijk van reuk, ſappig, wijnachtig, en amper-zoet van ſmaak.

Uyt de toppe des vruchts ſpruyt een nieuwe plante, die men de Kroone noemd, deſe afgeplukt, en in goede aarde geſet zijnde, word lichtelijk voort-geteeld.

De vrucht, volkomelijk rijp geworden zijnde, ſnytmen, na deſſelfs lengte, in platte ſtukken, die men, de buyteuſte ſchel-

no Hiſpanico immaceratæ, ut vis erodens adimatur, comeduntur, quod ſæpius fecimus non ſine delectamento: fructus verò haud penitus matureſcit ſub climate noſtro duriore, niſi arte excolatur & induſtria; incunte enim æſtate fictili, ſolo pingui & benè præparato pleno implantata, in ciſta enutritioni plantarum adaptata feneſtris vitreis tecta, & fimo equino referta, locanda, ut calor ſubterraneus, ſolis calore junctus, germinationem feliciter promoveat; interea temporis ſæpius irriganda, ſicque fructum maturum non fruſtra expectaveris.

Fructu abſciſſo relinquenda planta, donec nova germina producat, quæ annò inſequente ab ea divulſa, & ſolò eodem modò prædictò impacta obſervatiſque obſervandis, ſecundo poſthac anno ad frugem rurſus perducentur, interim planta adulta tanquam inutilis abjicienda. Non minùs facilè quoque propagatur eòdem modò, ut ſupra dictum, apice foliaceo, (ſeu Corona) qui fructui inſidet.

Hyeme conſervanda in loco tam calido, ut incrementum continuum ſumat, ad quæ utiliſſima ſunt repoſitoria noſtra feneſtris vitreis inſtructa.

Originis eſt Americanæ & ex inſula Curacao ad nos tranſmiſſa.

OBSERVATIONES.

Quamvis folia juxta exortum ſpinulis ſeu aculeis deſtituantur, ulterius tamen denſiſſimè ſtipantur, rigidis, acutiſſimis, verſus extremum incurvatis.

Singula fructus tubercula foliolò obvallantur, è baſi latiore in mucronem abeunte, ſcutellatò, ſurrectò, per oras aculeis quoque armatò.

Sub fructu è caulis ſummo multa quoque foliola emergunt, fructus baſin obſidentia, iis, quæ à radice exeunt, multis numeris minora.

Hòc annò fructus nonnulli maturitatem adepti ſunt Menſe Septembri.

le weg geſneden zijnde, in Spaanſche Wijn moet laten weeken, om de ſcherpigheid te doen uyttrekken; en alſo eetmen deſelve, gelijk ik dikwils met vermaak gedaan hebbe; maar deſe vrucht en word niet volkomentlijk rijp onder dit ons kout climaat, ten ſy men deſelve door konſte van culture of oeffeninge daar toe komt te brengen; in 't begin des ſomers ſet men de plante in een aarde pot, verſien van vette en wel toebereyde aarde, en ſo verders op peerde-meſt, in een broei-bak, met glaſe ramen verſien, op dat alſo de onderaardſche warmte, met die van de Zonne vereenigd zijnde, elkanderen tot de waſdom komen te helpen: ondertuſſchen moetmen deſe plante dikwils met water bevochtigen, en alſo ſalmen de rijpe vruchten niet te vergeefs verwachten.

De vrucht afgeſneden zijnde, ſo moetmen de plante laten ſtaan, tot datſe weder nieuwe ſcheuten voortbrengd, dewelke 't volgende jaar afgebroken, en in de voorſeyde aarde, op deſelve wijſe geſet, geobſerveert zijnde, ('t geen te obſerveren ſtaat,) nieuwe ſcheuten en het twede jaar ook rijpe vruchten voortbrengen; ondertuſſchen ſo werd d'oude plante, waar van deſe ſcheute genomen zijn, weg geworpen. Met geen meerder moeiten werd dit gewas ook gepropageert, en voort-geteeld, door de bovengemelde gebladerde Krone, die op de vrucht zit, op deſelve wyſe gehandeld zijnde.

's Winters moetmen dit gewas in ſo warm een plaatſe bewaren, dat het ſijn gedurige waſdom kan behouden; waar toe onſe glaſe kaſſen ſeer bequaam zijn.

De natuurlijke groeiplaats is America, en is ons deſelve van Curaſſauw toegeſonden.

AANTEKENINGEN.

Hoewel de bladeren aan haar grond doorn-loos zyn; ſo is 't nochtans datſe verders daar van dicht verſien worden, en ſijn deſe doornkens ſtevig, ſcherp, en buytenwaarts omgekromt.

Ider heuveltjen des vruchts is beſet met een blaatjen, 't welk hol en breed aan de gront zynde, ſig opwaarts ſtrekt aan de zyde met doornkens ook verſien zynde.

Uyt het opperſte des ſteels even onder de vrucht komen mede veele bladeren te voorſchyn, die de gront des vruchts beſetten, veel kleender zynde, als die gene, dewelke uyt de wortelen voortkomen.

In dit jaar ſijn ſommige vruchten rijp geworden in de Maand van September.

CAP.



Palma Prvnifera hvmilis non spinosa Insvlæ Hispaniolæ, frvctvi ivivbino similis, ossicvlo triangvlo



CAP. LVIII.

PALMA PRUNIFERA HUMILIS NON SPINOSA, INSULÆ HISPANIOLÆ, FRUCTUI JUJUBINO SIMILIS, OSSICULO TRIANGULO.

LEEGE, DOORNLOOSE, PRUYMDRAGENDE DADEL-BOOM, UYT HET EYLAND HISPANIOLA, MET DRIE-KANTIGE STEENEN, WELKERS VRUGTEN DIE VAN DE JUJUBE NIET QUALYK EN GELYKEN.

ANno M DC XC Chirurgus Batenburg me donavit hujus plantæ seminibus ut & fructu, quos ex Hispaniola attulerat, hâc additâ descriptione brevissima: *folia è solo exsurgunt septem, octove, inter quæ fructus rubicundus partim terrâ emergens, partim solo impactus, sese offert, ex multis fructibus, Jujubas referentibus sibi invicem impositis, Frumenti Peruviani ad exemplum, compositus, & saporis gratissimi.*

IN 't Jaar 1690 *heeft my den Chirurgijn Batenburg de vrucht en zaden van dit gewas gegeven, dewelke hy uyt Hispaniola mede gebracht had, met dese seer kleene beschrijvinge*: seven of acht bladeren schieten uyt de grond, tusschen de welke de vrucht, die rood van couleur is, sig opdoet, ten deele buyten het aardrijk nytstekende, ten deele sig onder 't selve verborgen houdende, zijnde een t'zamenstel van vruehten, die op de wijse van Turkse Tarw op den anderen leggen; en zyn dese vruehten die van de Jujube gelijk en aangenaam van smaak.

Anno M DC XCI hosce fructus examinavi, deprehendique, quoad saporem & colorem hujusce fructus cum Jujubo convenire, quamvis paulò essent sicciores: hi plures simul juncti, emergebant è vagina membranacea, erantque suavè rubentes, ossiculo olongo duro, triangulo, albicante prædit.

In 't Jaar 1691 *heb ik dese vruchten geëxamineert, en heb ondervonden, voor so veel de smaak en couleur der vruchten aangaat, dat dese met die van de Jujube overeen quamen, alhoewel sy wat drooger waren; dese quamen veel by een gevoegd zijnde uyt een vliesige koker, schoon-rood van couleur, en versien met een drie-hoekig, wit, langachtig, hard steentje.*

Hæc ossicula solo convenienti commisi, & supra fimum equinum enutrivi, quæ quinos caules (veriùs foliorum costas) produxêre, spithamam ferè longos, quibus adhærebant foliola pinnata, glabra, longiuscula, angusta, nitentia, rigida, margine versus extremum, minutissimis crenulis serrata, non exactè ex adverso respondentia, nulloque impari alam claudente: hæc fo-

Dese steentjens in bequame aarde gesayt en op de peerde-mist in een broei-bak geset zijnde, heb ik alsoo uytgebroeid, deselve brachten vijf stengen (liever bladersteelen) te voorschyn, dewelke by na een spanne lang waren, waar aan de bladerkens veders-wijs gevoegd waren, dewelke glad, langwerpig, smal, blinkend, stevig, aan haar voorste gedeelte met seer kleene

liola partialia in utroque latere alæ quinque, sex, septemve inveniuntur numerò, Palmæ Dactyliferæ æmula, verùm pauciora, & multis numeris minora.

en fijne tandekens geschaard, die niet regt tegens malkanderen over aan de blader-steeltjens of ribbens zaten, ook geen ongepaarde de blader-steel quam te sluyten; van dese bladerkens werdender wederzijds 5. 6. 7. gevonden, de Dadel-dragende Palm-boom gelijkende, maar minder in getale, en seer veel kleender.



C A P.




CVPRESSVS VIRGINIANA FOLIIS ACACIÆ DECIDVIS.
Fig. 59.

C A P. LIX.

CUPRESSUS VIRGINIANA, FOLIIS ACACIÆ DECIDUIS.

Raji Hist. Plant.

EX liberalitate Amplissimi D. Henrici Compton, Episcopi Londinensis, hanc possidemus arbusculam, nomine supra citato ad nos transmissam.

Caudex, ligno duro constans, pollicem crassus, cortice scabro tectus, spinis neutiquam armatus, in ramulos rubicundos sine ordine dispositos divisus, comam pulchram arboream constituit.

Folia pennata dilutè virescentia, incondita, oblonga, cuspidata, Acaciæ foliis angustiora, hyeme decidua; sapore nonnihil aromatico.

Flores videndi copia nunquam mihi facta, fructûs autem portionem delineari curavi, qualis mihi oblata fuit.

Doctissimus Raius Hist. Plant. tom. 2. ex Parkinsonio similem, aut forsan eandem describit arborem nomine Cupressi Virginianæ Tradiscanti, de hujus fructu hisce utitur verbis: *Nuces Cupressinis nonnihil similes sunt, sed majores, crassioribus squamis magisque hiantibus compositæ, seminaque intus majora claudentes.*

De facili propagatur virgulis junioribus solo submersis.

VIRGINIAANSCHE CYPRESSE-BOOM, MET ACACIË BLADEREN, DIE DES WINTERS AFVALLEN.

DIt Boomtje is ons van den Hoogwaardigen Heer Henric Compton, Bisschop van Londen, toegesonden, met de bovengemelde benaminge.

De stamme is een duym dik, hard van hout, rouw van bast, met geen doornen beset, verdeeld in onordentlijk-staande takken, makende nochtans een schoone kroone.

De bladeren sijn gevederd, licht-groen van verwe, in geen gesette ordre gerengeert, langwerpig, puntig, smalder als die van de Acacia, enigsints aromatic van smaak, en vallen des winters af.

De bloemen heb ik noyt gesien, maar hebbe een gedeelte des vruchts, so my die ter hand gesteld is, hier nevens doen uyttekenen.

Den seer geleerden Raius beschrijft een diergelijke, of wel mogelijk deselve Boom in sijn Hist. Plant. t. 2. met de benaminge van Virginiaansche Cypresse-boom van Tradiscant, welke beschrijvinge hy uyt Parkinson getrokken heeft, en luyden de woorden als volgd: Deses booms vruchten, sijn de Cypres-noten enigsints gelijk, maar deselve sijn grooter, en te samen gesteld van dikker schubbens, die ook wyder van een staan, en grooter zaden van binnen in haar besluyten.

Dit boom-gewas word licht voort-geteeld door jonge afgesnede takskens, in de aarde gestoken zijnde.

Iii Quam-

Quamvis ſub climate noſtro frigus modicè ferat, reponenda tamen hyemali tempore in hybernaculo commodo.

Hoewel het de koude hier te lande matelijk verdragen kan, ſo moet men het nochtans des winters in een winter-huys ſetten.



C A P.





MANGHALA ARBOR CVRASSAVICA FOLIIS SALIGNIS.

C A P. LX.

MANGHALA ARBOR CURASSAVICA, FOLIIS SALIGNIS.

Par. Bat. Prod.

DElineatio hujus plantæ facta ad arbusculam quadrimam, in Horto Amstelodamensi vigentem, caudice duro & cortice cinereo donatam : surculi tenuiores virescentes , foliis inordinatè positis ornantur , tres uncias longis , plusquam unam latis , margine æquali , mucronatis , Salicis Lauri-foliæ similibus , glabris , crassiusculis , sapore dulci , Glycyrrhizam referentibus , parte superiore saturà , inferiore autem dilutiore viriditate præditis , è quorum nervo dilutè viridi , secundùm longitudinem decurrente , alii minores in latera excurrunt.

Flores mihi ignoti.

Fructus sunt conici , subrotundi , ex compactili squamarum strue compositi & à pediculis longioribus , tenuioribusque dependentes.

Semina pusilla inter squamas hospitantur.

E Curacao , Americæ Insula , ad nos transmissa est , perpetuaque fronde viret.

Cæli rigidioris injurias minimè sustinet, itaque sub climate nostro duriore in vitreis hypocaustis conservanda.

CURASSAUSCHE MANGHA-LA-BOOM, MET BLADEREN GELYK DIE VAN WILLIGE.

DE tekeninge deses is gemaakt na een Boomtje , 't welk vier achtereenvolgende jaren in den Amsterdamschen Hof vigoreus gestaan heeft : 't selve is hard van stam , en as-grauw van bast : de jonge scheuten sijn groen , waar aan de bladeren ongeschikt , en sonder ordre sijn gevoegd , drie duym breed lang , meer als een breed , essen van kanten , voor spits toelopende , die van de Salix Lauri-folia gelijk , essen en glat van superficie , lijvig , soet van smaak , en gekauwd zijnde enigsints met zoet-hout overeen komende , van boven hoog- van onderen licht-groen van couleur , uyt welkers licht-groene zenuen , na de lengte der bladeren loopende , andere kleene voortkomen.

De bloemen sijn my onbekend.

De vruchten , aan lange en dunne steeltjens hangende , sijn pijn-appels-wijs van maaksel , rondachtig , en van veele digt by een staande schubbens te samen gesteld.

De zaden sijn kleen , en hebben hare plaatse tusschen de gesëyde schubbens in.

Het is ons overgestuurd uyt Curacao in America , en blijft het geheele jaar door groen.

Het en kan tegens geen koude , weshalven het in dese koude lande in glase-kassen bewaard moet werden.

OBSERVATIONES.


Fructus non ſingulatim, verùm plures ſimul juncti, unô eôdemque pediculo adhærent.

AANTEKENINGEN.

De vruchten en komen niet eenſaam voort, maar veele te ſamen gevoegd zynde, hangen aan een en 't ſelve ſteeltjen.



C A P.



NVX CEYLANICA IVGLANDIS FOLIO . *Fig. 61.*

C A P. LXI.

NUX CEYLANICA, JUGLANDIS FOLIO.

Parad. Bat. Prod.

DOMBA-GEDY. *Ceylanensibus.*

ARbor hæc procera parte superiore in ramos sese diffundens cortice donatur fusco, estque hæc figura annexa ad tenellam arbusculam delineata.

Folia pennatim disponuntur impari folio costam claudente, horum singula manum transversam longa, imò productiora, duas uncias lata ad exortum, ut & mucronem, angustiora, modiceque undulata non autem crenata, venis obliquis à medio nervo prominulo deductis, gaudentia, parte supinâ atrovirentia, pronâ verò pallidiora, Juglandis quam similia, ast minora, angustiora, sapore permixta ex acido, grato, aromatico.

Flos nunquam à me visus.

Fructus exsiccati sphœrico-oblongi à pediculo longiori dependentes, Nucum Gallarum magnitudine, colore ferrugineo, quatuor integumentis, sibi invicem impositis, vestiuntur: horum extimum tenue, membranaceum, rugosum: secundum glabrum & ligneum: tertium fungosum coloris spadicei, quartum fuscius, glabrum, membranaceum.

Sub hisce corticibus aut integumentis nucleus oblongo-rotundus, colore ex rubro obsoleto, odoratus, oleosus, latitat,

CEYLONSCHE NOTE-BOOM, MET OKKER-NOTE BLADEREN.

DEse werd een hooge boom, die sig boven in veele takken komt te verdeelen, en is dese tekening na een teder boomtje gemaakt, bekleed met een bruyne schorsse.

De bladeren staan veder-wys (pennatim disposita) *waar van het uyterste eensaam blyft, de reste gepaard zijnde: dese verdeelde bladeren sijn ruym een hand breed lang, twe duym breed, aan haar grond, als mede aan 't eynde smal, eeu weynig gefronst, en geensints geschaard, in fatsoen die van de Okker-noten niet ongelyk, hoewel kleender en smalder, versien van kleene schuyns-lopende aderkens, die uyt de verheve middel-ribbe voort komen, van boven donker, vau ondere licht groen van verwe; suur, aangenaam, en enigsints aromatic, of kruydig van smaak.*

Noyt hebbe ik des selfs bloemen gesien.

De gedroogde vruchten sijn eenigsints langwerpig, en by na bol-rond, hangende ieder aan een lang steeltje, in groote met een Gal-noot overeen komende, roestverwig, werdende van vier verscheyde, en op den andere leggende bekleetsels of schellen omvangen, waar van de eerste dun-vliesig en rimpelachtig is; de twede glad en houtachtig, de derde voos en castanie-verwig, de vierde en laatste bruynder, glad, en vliesachtig.

Hier inne is een langwerpig ronde rosvale, riekende en olyachtige pit beslooten, die aan de grond gebegt is aan de vierde

qui ad basin pediculò brevissimô nutritivò appenditur quarto & intimo integumento.

De virtutibus & usu nihil constat; Planta enim à nemine hactenus est descripta.

en laatste schelle, en dat door een byster kleen steeltje waar door de pit sijn voetsel krijgd.

De krachten en 't gebruyk van deselve sijn my onbekend; nadien dit gewas tot nog toe onbeschreven is.



CAP.



FICVS BENGALENSIS, FOLIO SVBROTVNDO, FRVCTV ORBICVLATO. *Fig. 62*

C A P. LXII.

FICUS BENGALENSIS, FOLIO SUBROTUNDO, FRUCTU ORBICULATO.

Cat. Hort. Beaum.

PIPAL. *Bengalensibus.*

BENGAALSCHE VYGE-BOOM, MET RONDE VRUCHTEN EN RONDACHTIGE BLADEREN.

ACcensetur hæc arbos Ficuum generi, quod *Alu* nomine describitur, Hort. Mal. parte 8.

Radicibus nititur ligneis, cùm juniores sunt, candidis, paulò verò vetustiores, cortice teguntur rubescente.

Caudex materià molli præditus, cortice vestitur cinereo.

Rami quasi articulati foliis ornantur inordinatè dispositis, pediculis crassioribus fultis: sunt autem folia hæc longitudine bipalmaria, sesquipalmam lata, margine non crenata, neque decidua, crassa, in mucronem abeuntia, non rarò quoque subrotunda, nervò crassò secundùm longitudinem, variisque inde emergentibus & ad latera excurrentibus nervulis insignita, atro-viridia, nitentia, succô lacteô & candidô infarcta, quô etiam scatet integra arbor.

Fructus, nullô prævió flore producuntur, Ficûs vulgaris ritu, subrotundi, coloris rubicundi, semine minutô, oblongô, repleti.

Hosce primò Bengala mihi transmisit Nobil. Dominus van Rhede tot Drakesteyn &c. &c. nomine *Pipal*, è quorum seminibus telluri commissis, aliquot arbusculæ prognatæ sunt, quarum amicos participes feci.

DEsen boom behoord onder het geslagte van de Vyge-boom, en is beschreven in 't derde deel van den Hortus Malab. onder de benaminge van Alu.

Dese heeft een houtachtige wortel, dewelke jong zijnde wit van couleur is, maar ouder geworden zijnde, is desselfs bast rosachtig.

De stamme, met een as-grauwe schorsse bekleed zijnde, is sagt van hout.

Des selfs zijde takken zijn als in leden verdeeld en versien van bladeren, dewelke sonder ordre op dikke voetjens steunen, twe handen-breed lang, anderhalve breed, deselve zijn ook dik-lyvig, aan de kanten effen, en ongeschaart, des winters geensints af-vallende, en met een dikke ribbe doorlopen, die ook veele na de zijde lopende aderkens van sig geeft, verders sijn dese bladeren donker-groen, blinkend, vervuld met een wit melkachtig sap, waar van ook de geheele boom vervult is.

De vruchten kómen te voorschijn sonder voorgaande bloemen, op de wijse van die van de gemeene Vyge-boom, deselve sijn van gedaante rondachtig, en roodachtig van couleur, vervuld met een kleen langachtig zaad.

Dese vruchten zijn my 't eerste toegesonden uyt Bengale door den Ed. Heer van Rhede tot Drakesteyn &c. &c. met de name van Pipal, *uyt welkers zaden verscheyde boomtjens voortgeteeld zijnde, heb ik deselve aan de vrienden mede gedeeld.*

Copiosum appetit alimentum, largiorique latice aquoso delectatur: crassas ac pendulas fibras, quæ radicum rudimenta, è trunco & ramis demittit, quæ ubi solum attigerint, radices agunt, eaproter quoque ab aliquibus, idiomate Belgicô, insignitur nomine *Wortel-boom.*

De viribus consulendi Horti Mal. Authores.

Dit gewas heeft veel voetsel van noden, en wil veel waters hebben: 't selve geeft dikke zaselingen uyt hare stam, en takken, die de beginselen van wortelen zijn, dese 't aardrijk rakende worden tot wortelen, waarom ook dese boom van sommige in 't neerduyts Wortel-boom *gebeten word.*

Over de krachten kan men de Autheuren van den Hortus Malab. nasien.



CAP.





GVAIAVA ALBA DVLCIS.

Fig. 63

C A P. LXIII.

GUAJAVA ALBA DULCIS.

Par. Bat. Prod.

PELA *Horti Mal. tom.* 3.

GUajavæ species duæ in Horto Medico Amstel. sese offerunt, quarum una fructu rotundò, rubrò, acidò gaudens, in Horti Mal. part. 3. *Malakka Pela* audit: Altera, cujus icon hic ad vivum expressa repræsentatur, Guajava dicitur alba, dulcis; quæ in Horto Medico frugem perfectam, maturam, seminaque perfecit Anno M DC LXXXVIII. & M DC LXXXIX.

Hæc arbuscula, quæ arboribus pomiferis polypyrænis, quarum flores fructui insident, accensenda, quatuor jam annos nata, in proceritatem septem circiter pedum excrevit, cortice fusco obducta; rami autem tenelli cortice virescente amicti.

Folia, brevioribus pediculis fulta, decussatim & cruciformi positu ramis adnascuntur, adversâ parte atrovirentia, aversâ verò dilutiore viriditate perfusa, oblonga, acuminata, margine nonnihil undulata, formâ foliis Mali Persicæ non dissimilia, iis tamen lariora, brevioraque.

Ex alis foliorum pediculi longi prodeunt, qui flores sustinent albicantes, inodoros, quatuor petalis oblongo-rotundis compositos, è quorum medio stamina numerosa, albicantia, apicibus luteis ornata, producuntur.

Floribus defluxis, fructus rudimentum oblongo-rotundum, nitens, virescens, apparet, quod Mense Decembri M DC LXXXIX. in talem magnitudinem excrevit, qualem annexa figura repræsentat: Per maturitatem dicti fructus pyriformes & umbilicati, coloris saturatè lutei sunt, umbilicum in vertice

WITTE EN ZOETE GUAJAVE-BOOM.

DÂar werden twee soorten van Guajave-Boom in den Amsterdamsche Medicijn-hof gevonden, waar van d'eene roode ronde en suure vrugten voortbrengende, in 't eerste deel van den Hortus Mal. Malakka Pela geheeten is: De andere, wiens afbeeltsel na 't leven gedaan zijnde, hier voorgesteld word, is de witte en zoete Guajave-Boom genaamt, dewelke in onsen Medicijn-Hof rijpe vrugten en zaden voortgebragt heeft, in den jare 1688. en 1689.*

Dit Boom-gewas, 't welk onder 't geslagt van Appel-boomen behoort, (welkers vrugten veel kernen in haar onthoudende, hare bloemen op hare kruyne dragen;) is na by ons vier jaren oud geworden, ontrend seven voeten hoog opgeschooten zijnde; de stamme is bekleet met een bruyne schorsse, de jonge takxkens daarentegen sijn omvangen van een groene bast.

De bladeren sijn langwerpig, voor spits toelopende, aan de kanten wat op- en nedergaande, de Persicke-bladeren niet ongelijk, hoewel breeder en korter, steunende op korte voetjens, en dat twe aan twe kruyswys over malkanderen, van couleur boven bruin, onder bleek-groen.

Uyt de oxelen der bladeren vertoonen haar de bloemen op lange steeltjens, sijnde witagtig van couleur, sonder renk, bestaande uit vier langwerpige ronde bloem-bladeren, uit welkers midden vele bloemdraden voortkomen, die van geele topjens versien zijn.

De bloemen verwelkt zijnde, vertoond sig het beginsel des vrugts, 't welk langwerpig rond, blinkend, en groen van couleur is, in de Maand van December 1689 is deselve tot die groote gekomen; gelijk hier afgebeeld is: Dese vrugten rijp geworden zijnde, vertonen haar peerwijs, langwerpig-

gestantes: Horum pulpa seu caro albicans, aliquali flavedine mixta, succulenta, sapore subdulci, seminibus albicantibus haud uniformibus referta, nonnulla enim sunt subangulosa, alia rotundiuscula, varia quoque reniformia.

Ex horum fructuum seminibus, in Horto Medico ad perfectam maturitatem perductis, plures nobis prognatæ sunt arbusculæ, hactenus superstites, solò pingui, multò calore & humore indigentes.

America non solùm hanc alit plantam, verùm etiam in India Orientali frequens est ejus proventus.

rond, hoog-geel van couleur, versien van een naveltje op de kruyn: De vlesige substantie deser vrugten is witagtig-geel, saprijk, soetagtig van smaak, vol van wit en ongelijkformig zaad, waar van 't eene hoekig, 't andere wat rondagtig, ook nierswijs uytgebolt is.

Uyt dit zaad, 't welk in den Amst. Med. Hof volkomen rijp is geworden, hebben wy veele boomtjens opgekregen, die nog in 't leven zijn, tot welkers voortteelinge vereyst werden goede en vette aarde, veel water, en een warme lugt.

In America en werd dit gewas niet alleen voortgebragt, maar 't selve groeyt ook menigvuldig in Oost-Indien.



CAP.



VITIS IDÆA ÆTHIOPICA MYRTI TARENTINÆ FOLIO, FLORE ATRO-PURPUREO *Fig. 64*



C A P. LXIV.

VITIS IDÆA ÆTHIOPICA MYRTI TARENTINÆ FOLIO, FLORE ATROPURPUREO.

HAe plantâ frutescente nos donavit Nobilissimus D. Simon vander Stel, Promontorii Bonæ Spei Gubernator meritissimus.

Insignis est frutex qui radice nititur lignosâ, multis fibris capillatâ.

Caudex lignosus in sesquipedalem & altiorem proceritatem excrescens, cortice fusco, ad terram griseo, vestitus, in plures tenues, inconditos dispescitur ramos, & hi in alios minores ramulos, quibus adnascuntur foliola, nulla serie digesta, brevissimis pedicellis insidentia, Myrtilli aut Myrti Tarentinæ æmula, extremo mucronata, per ambitum leniter serrata, saturè viridia, adversâ parte splendentia, aversâ nequaquam, sapore subamaro, non sine aliqua adstrictione.

Flosculi minutissimi, saturè purpurascentes, tetrapetali, & à pedicellis tenuibus pendentes.

Florentem invenimus in Horto Nostro Anno M DC XCI, nullis succedentibus fructibus, qui, uti mihi relatum, baccæ sunt.

Non admodum tenera est planta, vulgaremque exposcit culturam, attamen aëris injuriis haud ita opportuna, quin debeat in hybernaculo reponi tempore hyemali.

Non dubitem, quin eadem sit planta, quam D. Breynius Cent. 1. illustravit, idque

MORÉLANDSCHE KRAAK-BESIEN, MET BLADEREN VAN MYRTUS TARENTINA, EN SWART-PURPURVERWIGE BLOEMEN.

DEse beesteragtige plante heeft ons vereert den Wel-Ed. Heer Simon van der Stel, Gouverneur van de Caap de Goede Hoop.

Het is een uytstekende en aangenaame beester, dewelke een houtaghtige wortel heeft, versien van veele veselingen.

De stamme is mede houtagtig, en groeit anderhalve voet hoog, ook wel hooger, deselve is omvangen van een bruyne schorsse, dewelke ontrend de grond grauw van couleur is, verders werd dese stamme in veele dunne, onordentlijk staande takken verdeeld, en dese wederom in kleendere takjens, waar aan de bladeren sonder ordre gevoegt, en met korte voetjens vast gehegt zijn, dewelke die van de Kraak-besiën of die van de Myrtus Tarentina gelijken, donker-groen van verwe, waar van de bovenste zijde alleen is blinkende; ook sijn deselve aan de kanten een weynig geschaart, en aan haar uyterste met puntjens versien, wat bitteragtig van smaak, met eenige t'samentrekkinge.

De bloemkens sijn seer kleen, hoog purpur-verwig, vierbladerig, nederwaarts hangende, aan dunne voetjens.

Dit beesteragtig gewas hebben wy in onsen Hof bloeiend gevonden in 't Jaar 1691. sonder datter eenige vrugtjens na quamen te volgen, dewelke, soo my gesegt is, besiën zijn.

Hoewel het soo heel teder niet en is, en maar een gemeene oeffeninge van nooden heeft, soo moet het evenwel des winters in een winterhuys of Orangerie geplaast werden.

Ik en twijfele ook niet of 't is deselve plante, dewelke de Heer Jacob Breyne in

idque propter analogiam, quantumvis figuræ inter se nonnihil varient, quod evenisse puto, ob diversam objecti qualitatem, Breynii enim Icon ad ramulum exsiccatum, hæc verò ad vigentem delineata.

sijne 1. Centur. afgebeeld en beschreven heeft, en dat om de gelijkenisse, hoewel de figuren onder haar wat verschillen, 't welk ik meene voortgekomen te zijn, wegens de hoedanigheid der objecten, want die van de Heer Breyne is gemaakt na een gedroogt, en dese na een vers takjen.



CAP.



VITIS IDÆA ÆTHIOPICA BVXI MINORIS FOLIO, FLORIBVS ALBIDIS. *Fig. 65.*



CAP. LXV.

VITIS IDÆA ÆTHIOPICA BUXI MINORIS FOLIO, FLORIBUS ALBIDIS.

Proceritate duorum pedum adolescit hæc secunda species, perpetua fronde virens, ligno duro & cortice griseo prædita: ramuli juniores coloris sunt grisei.

Folia incondita ramos vestiunt brachiatos, foliola subcrassa, extremo mucronata, hilariore viriditate perfusa, nitentia, circum margines nonnihil crenata, Buxi minoris æmula, ast minora, gustuque adstringente.

Flosculi è foliolorum alis enascuntur pediculis longioribus innixi, monopetali, oris in quinas lacinias dissectis, albicantes, odore non ingrato, è quorum medio aliquot staminula luteo-virescentia emicant.

Flores intempestivè delabentes ad frugem non perveniunt sub climate nostro: Bacciferam autem esse plantam, ex aliis hausi.

OBSERVATIONES.

Florum laciniæ extrorsum sunt reflexæ, è quarum laciniarum unguibus decem prodeunt stamina, apicibus vidua, inter quæ stylus prominet.

Flores utplurimùm singulatim sub climate nostro exeunt, calice quinquepartito præditi, quibus excussis, stylus superstes remanet, cujus basis intumescens in fructus rudimentum facessit.

Quot floribus gaudeat in solo natali planta isthæc, mirum dictu!

MOORELANDSCHE KRAAKBESIEN MET KLEENE PALMSBLADEREN EN WITTE BLOEMEN.

Dese tweede soorte van dese beester fijne bladeren altoos behoudende, wast twee voeten hoog, en is des selfs hout vry hart, en met een grauwe schorsse omvangen, de jonge takxkens sijn in tegendeel bruyn van schorsse.

De bladeren staan aan de verdeelde takken sonder eenige ordre, deselve zijn dikagtig, puntig, bly-groen van verwe, blinkend, aan de kanten eenigzints geschaart, die van de kleene Palm wat gelijkende, hoewel kleender, en t'samentrekkend van smaak.

De bloemkens komen uyt de oxelen der bladeren voort, hangende aan langagtige voetjens; deselve zijn eenbladerig, wit, niet onlieflijk van reuk, in vijf snippelingen verdeeld; uyt het midden deser bloemkens komen eenige geel-groene bloem-draden te voorschijn.

Door dien de bloemen onder ons climaat te vroeg afvallen, soo en brengt dit gewas, 't welk my gesegt is, besie-dragend te wesen, geen vrugten voort.

AANTEKENINGEN.

De verdeeltheden deser bloemen sijn buytenwaarts omgeslagen, uyt welkers bloem-nageltjens tien bloem-draden voortkomen, sonder met eenige hoofjens versien te zyn, tusschen dese sit de bloem-styl.

De bloemkens komen onder dit ons climaat meest eensaam te voorschyn, en dat uyt een bloem-kelkje, 't welk in vijven is gesneden; dese afgevallen zynde, blyft de bloem-styl staan, wiens grond verdikkende sig tot een beginsel van de vrugt komt te setten.

Het is qualyk te seggen, hoe seer dit gewas met bloemen beladen werd, in desselfs natuurlyke groei-plaats.

Spontè & passim luxuriat ad Promontorium Bonæ Spei, inde plantam floribus onustam huc transferri curavit, ejusque ramum benignè nobis concessit Nobilissimus & Amplissimus Dominus J. Huydekoper, Eques, Dominus in Maarseveen, Neerdijk, &c. Consul & Senator Amstelodamensis, ac Director Societatis Indiæ Orientalis &c. &c.

Het wast alsints en dat van selfs op de Caap de Goede Hoop, van waar een plante, rykelyk met bloemen geladen, tot ons overgestuurt is, door de besorginge van den Wel-Ed. Groot-Agtbare Heer J. Huydekoper, Ridder, Heere in Maarseveen, Neerdyk, &c. Burgermeester en Raad der Stad Amsterdam, als mede Bewindhebber van de Oost-Indische Compagnie &c. &c.



CAP.




AMARANTHVS BACCIFER CIRCEÆ FOLIIS
Fig. 66
NAPOLI

C A P. LXVI.

AMARANTHUS BACCIFER, CIRCÆÆ FOLIIS.

HIc fuffrutex amœnus affurgit caudice ad trium cûbitorum altitudinem, tereti, lirato, calamum fcriptorium, imò digitum minorem craffo, ad ramorum exortum nodofo, qui corticem grifeum gerens Solani noftratis in modum divaricatur ramis; per hos folia magna ex parte alternatim pofita, cernere licet, pediculis femidigitalibus purpurafcentibus, nonnihil pilofis, innitentia, Solani vulgaris noftratis æmula, tres quatuorve uncias longa, duas circiter ad bafin lata, in mucronem abeuntia, ambitu non ferrata, nec incifa, lætè virentia, fub finem æftatis non rarò rubedinem induentia.

Flores ex alis foliorum exfurgunt albicantes, breviffimis pedicellis fulti, ferie geminâ & continuâ è racemis dependentes.

Hifce fuccedunt fructus, coloris fanguinei, magnitudine baccarum Sambuci, fphærici, dulces, unicum utplurimùm femen continentes rugofum, fubnigricans, capitis aciculæ majoris magnitudinem haud fuperans.

India Orientalis alit hanc plantam, femine inde allato, nobis natam.

BESIE-DRAGENDE AMARANTHUS, MET CIRCEA BLADEREN.

DEfe luftige heefter groeit tot de hoogte van drie voeten, wiens ftamme een fchrijf-penne, ook wel een pink dik, rond, geveurt, en aan de verdeelingen der takken met knobbels verfien is: Defe ftamme met een grauwe fchorffe bekleet zijnde, werd in takken verdeeld, op de wijfe van de Inlandfche Nagtfchade, begaaft met meeft eenfaam ftaande en ongepaarde bladeren, welkers voetjens, een halve vinger lang, eenighfints met hayrtjens befet, en purpur-verwig zijn: Defe bladeren fijn die van de Inlandfche Nagtfchade niet qualijk gelijkende, drie, vier duym lang, aan haar grond ontrent twe duym breet, puntig, niet ingefneden, nog gefchaart, maar effen van kanten, blygroen van verwe, en in 't uytgaan des fomers rood-couleurig.

De bloemen komen uyt de oxelen der bladeren voort, defelve zijn wit, fteunende op korte voetjens, aan trotsjens wederzijds afhangende.

Hier na volgen bol-ronde, en bloet-roode foete vrugten, in groote met die van de Vlier-befiën overeenkomende, waar van yder in fig komt te onthouden een fpeldehoofts groote, rouw, en fwartagtig zaatjen.

Dit gewas groeit in Ooft-Indien, van waar wy het zaad gekregen hebben, en in onfen Hof cultiveren.

OBSERVATIONES.

In Catalogo Horti Beaumontiani audit hic fuffrutex, (cujus caudex fragilis & farctus eft,) *Amaranthus Baccifer Indicus minor Circea folio & facie.*

Flofculi utplurimùm tetrapetali, rariffimè pentapetali, nudi, haud marcefcentes antequam fructus ad

AANTEKENINGEN.

In de Cataloge van den Tuyn van den Ed. Heer Beaumond werd dit gewas (wiens ftammekens breekzaam, en gevult is) geheten kleene Indiaanfche Befie-dragende Amaranthus van gedaante en bladeren met Circea overeenkomende.

De bloemkens fijn naakt, meeft vier, felden vyfbladerig, defe en komen niet te vergaan voor dat de vrugtjens ryp ge-

perfectam maturitatem pervenerunt; verùm fructibus adhærentes & calicum vices supplentes, mutando tamen colorem, qui enim primò albi erant flosculi, jam herbido colore perfunduntur.

Staminibus gaudent quatuor niveis, surrectis, apicibus concoloribus instructis, remanentibus cum petalis, donec fructus perfectam maturitatem adipiscantur, in fructuum exortu stamina ità comprimuntur, ut, quæ primò erant surrecta, jam situm transversum obtineant.

Per totam æstatem floret vigetque, nec folia, Circææ similia, deponit, nisi nova sint renata: sapor eorum oleraceus.

De viribus nihil traditur.

worden zyn; verstrekkende alsoo de vrugtjens tot een kelkwys bekleetsel, veranderende nogtans haar couleur, dewelke eerst wit zyn, en nu, de vrugtjens omvangende, bleekgroen worden.

De stamme met een grauwe schorsse bekleet zijnde, is in onsen Hof vier voeten hoog opgeschooten, en met geen doornen beset: boven aan werd deselve verdeeld in veele onordentlijk staande takken, die mede gauts doornloos zijn; de jonge scheutjens en bladeren sijn in het eerste van haar voortkomen yserverwig, en als met een dousigheid beset, 't welk in geen soorten van Crista Pavonis te vinden is, dog en is sulks niet bestendig, maar in korten tijd sietmen dese yserverwige donsigheid vergaan, waar na dese bladeren groen komen te worden, en die van de Crista Pavonis van de Heer Breyne te gelijken, uytgenomen dat dese wat kleender en hooger groen zijn.

Neque flores, neque siliquas unquam vidi.

Noyt sijn my de bloemen hier van voorgekomen, ook en hebbe ik der selver peultjens niet gesien.

Frigoris patientior eſt cæteris ſpeciebus, ita ut ſub noſtro climate duriore melius conſervari poſſit, hæc à nemine hactenus deſcripta.

Dit Boomtje, tot nog toe van niemand beſchreven zijnde, is niet ſoo teder, als de andere mede ſoorten, ſoo dat het beter onder ons koud climaat te conſerveren is.



CAP.



CORALLINVM LIGNVM

Fig. 204



C A P. CIV.

CORALLINUM LIGNUM.
Par. Bat. Prod.
SEU
ERYTHROXYLUM AMERICANUM, GLYZYRRHIZÆ FOLIO, FLORIBUS EX LUTEO ET RUBRO VARIEGATIS, SILIQUA LATISSIMA.

HUjus arboris Lignum, *Corallinum Lignum* vulgò dicitur, à duritie & colore intrinseco, qui saturè rubicundus est.

Radice fundatur ligneâ, intus albâ.

Caudex cortice rufo amictus, tres pedes altus, semunciam crassus (nempe ifthæc arbuscula, quæ tres ante annos semine nobis nata,) superiore parte ramosus.

Folia ramosa in longo pediculo utrinque sita; particularia autem foliola, contrariis semper inter se petiolis brevissimis numeroque paria, cohærent, sescunciam nonnunquam quoque duas uncias longa, in mucronem desinentia, per ambitum integra, octona, vel dena ad unam costam, supernè saturatiore, infernè dilutiore viriditate perfusa, sapore subdulci.

Flores Breynio referente ex luteo & rubro variegati *Prod.* 2. *fol.* 53.

Siliquæ compressæ, è pediculis longiusculis pendentes, quatuor digitos transversos longæ, plus quàm unciam latæ: siliquarum valvæ tenues, planæ, quæ exsiccatæ, colorem griseum induunt.

Singula semina in separatis cellulis locata, rotunda, plana, dura, mucrone exiguo prædita, colore extus dilotè spadiceo, intus substantiâ albâ, insipidâ, repleta.

CORAAL-HOUT.

H*Et hout van dese Boom werd in 't gemeen* Coraal-hout *geheten, wegens des selfs hardigheid en inwendige couleur, dewelke hoog rood is.*

Het heeft een houtagtige wortel, die van binnen wit is.

De stamme met een rosse schorsse bekleet zijnde, is in onsen Hof (alwaar het nu drie Jaar geleden, gesayt is) drie voeten hoog opgeschoten, en een halve duym dik zijnde, is deselve van boven in takken verdeeld.

De lange en getakte bladeren staan wedersijts over malkanderen, maar de particuliere bladerkens, aan seer korte voetjens vast sittende, staan twe aan twe dwers over den anderen, anderhalve ook wel twe duym lang zijnde, deselve sijn puntig, ongeschaart, waar van datter agt, ook wel tien aan eene gemeene ribbe gehegt zijn, van boven donker, van onderen ligt-groen, en zoetagtig van smaak.

De bloemen sijn geel en rood gemarmert, volgens de ondervindinge en beschrijvinge van de Hr. Jacobus Breyne, Prod. 2. fol. 53.

De peulen, die na de bloemen volgen, sijn plat, nederwaarts hangende aan langagtige steeltjens, vier vingeren breet lang, ruym een vinger breet; dese schellen sijn dun, plat, en gedroogt zijnde, grauw van couleur.

Ider zaadje deser peulen is gelegen in een apart celleken, 't selve is rond, plat, hard, hebbende aan 't uyterste een kleen puntje, van buyten ligt castanie bruyn, van binnen wit en smaakeloos.

Originis eſt Americanæ, in Inſula Aruba creſcens; frigus perferre nequit, ſolem auramque calidiorem amans, artificioque conſervanda in noſtrate ſolo, cœloque.

Het is afkomſtig van 't Landſchap Aruba, gelegen in America; 't en kan geen koude verdragen, maar vereyſt een warme lugt: ſoo dat het hier te Lande door konſt bewaart moet werden.

OBSERVATIONES.

Inter plurimas perraras ſtirpes arboreſque, etiam hanc profert Aruba Inſula; materia ligni ſolida & rubicunda (unde Belgis *Coraal-hout*, id eſt, *Lignum Corallinum*, vulgò dicitur, & in uſum tinctorum cedit,) in mediocris magnitudinis arborem excreſcit, cortice ſcabro, folia pinnata, ſed nullo certo ordine determinata, novem, decem, & pluribus pediculo communi adnaſcentia, impari alam rariſſimè claudente.

Flores ramulorum faſtigiis ſpicatim enaſcuntur, papilionacei, luteo-rubicundi, quibus defluxis, ſuccedunt ſiliquæ oblongæ, coloris cinerei, cum phaſeolorum ſiliquis convenientes, ſed latiores, quorum aliæ in mucronem deſinunt, aliæ verò non, in hiſce ſemina plana, compreſſa, partim rotunda, partim cordi-formia, non apiculata.

AANTEKENINGEN.

Onder ſeer veele raare ſtruellen en boomen die het Eyland Aruba voortbrengt, is deſe boom ook gerekent, wiens hout hard en rootagtig is, (waarom het ook van de Hollanders Coraal-hout genaamt is, en van de Verwers gebruykt werd) de ſelve groeit tot de hoogte van een middelmatige boom, de bladeren ſijn gevedert, maar ſonder ordre negen, tien, ook wel meer op een gemeen ſteeltje ſtaande, en aan haar uyterſte met een ongepaart blaadje verſien zynde.

De bloemen ayrswyſe (ſpicatim) *uyt het uyterſte der takken voortkomende, ſijn papilioens-wyſe* (papilionacei) *uyt den geele-rootagtig, deswelke vergaan zynde, volgender peultjens die lang en asgrauw van couleur zyn, overeenkomende met die van de Boonen, maar deſelve ſijn breder, waar van ſommige puntig zyn, andere niet, hier in leggen ten deele ronde, ten deele hartswyſe, platte, en geenſints puntige zaden.*



CAP.



ACACIA IAVANICA SVLCATA, CAVLÆ ET FOLIORVM COSTIS SPINOSIS. Fig.



C A P. CV.

ACACIA JAVANICA SULCATA, CAULE ET FOLIORUM COSTIS SPINOSIS.

Cat. Hort. Beaumont.

DURII-SPINGE RICAT Javan.

E femine Javanico mihi tranfmiffo, nomine *Durii-Spinge ricat* , nara hæc Arbufcula; quæ protruditur è radice ligneâ, numerofis fibris capillatâ.

Caudex ab imo ad fummum ufque liratus, dimidiam unciam craffus, cortice grifeo veftitus , fentibufque aduncis pronis obfitus, quibus ramuli inordinatè difpofiti, ut & foliorum nervi pediculique etiam armantur.

Folia ramofa (feu frondes) inordinata, pinnata, feptem, octove fuffraginum ordines utrinque habentia, quæ fuffragines ex duodecim, quatuordecim , imò fedecim lobulorum oblongorum paribus conftant: funt autem lobuli feu foliola, Acaciæ Aldini haud diffimiles, dilutè virefcentes, guftu fubaftringentes, fole occidente, quafi triftitiâ affecti, fefe complicantes, manè illucefcente fole, fefe explicantes, quod multis quoque aliis plantis familiare.

Conftitutionem florum, à me nunquam viforum, ex aliis expifcatus fum, qui me certiorem fecère , flores effe niveos , in capitulum congeftos; quibus evanidis fuccedunt filiquæ, compreffæ, duræ, colore dilutè fpadiceo, in utroque extremo mucronatæ, quatuor uncias longæ, unam ferè latæ.

Semina fingula in ifthmo locantur peculiari, funtque dura, teretia, plana, in

GEVEURDE JAVAANSCHE ACACIA, WIENS STAMME EN RIBBENS DER BLADEREN MET DOORNEN BESET ZYN.

DURII-SPINGE RICAT *in 't Javaans.*

Dit Boomtje is uyt Javaans zaad opgekomen, 't welk my toegefonden is met de name van Durii-Spinge ricat; *het heeft een houtagtige wortel, rijk van vefelen.*

De ftamme, van boven tot beneden geveurt zijnde, is een halve duym dik, omvangen van een grauagtige fchorffe, en met nederwaarts hellende doorntjens befet, waar mede ook de onordentelijk ftaande takskens, en ftelen der bladeren gewapent zijn.

De getakte en orderloos ftaande bladeren, fijn in feven of agt gepaarde vleugels verdeeld, waar van yder twaalf, veertien, ook wel feftien paar feer kleene bladerkens befit, die van de Acacia Aldini niet qualijk gelijkende, ligt-groen van verwe, en een weynig t'famentrekkend van fmaak; wanneer de Son ondergaat, foo is 't datfe, als met een droefheid aangedaan, haar tot malkanderen voegen en fluyten; des morgens als de Son wederom opgaat, foo verfpreyden fy haar weder van den anderen, 't welk men in meer andere gewaffen komt te befpeuren.

De gefteldheid der bloemen hebbe ik noyt gefien, edog foo ik van andere verftaan hebbe, fijn defelve fneeu-wit van couleur, en bolwijs in de ronte by een ftaande; de bloemen vergaande, foo doen haar platte harde peultjens op, dewelke ligt caftanie-verwig, en aan harer beyder uyteynden puntig, vier duym lang, en ontrent een duym breet zijn.

De zaden leggen yder apart in een afgefcheide plaatfe, defelve zijn hard, fmake-

utroque latere foveolà seu impressione insignita, colore pullo, splendentia, intus alba, insipida, ad basin pediculo nutritivo tortuoso prædita.

Utrum hæc eadem sit, quæ *Intsia* audit Autoribus Hort. Mal. part. 6., affirmare non ausim, propterea quòd semina Intsiæ mollia sint & saporis amari, hujus verò nil sapiunt, unde differentiam aliquam inter hasce plantas esse conjicio.

Isthæc arbuscula admodùm tenera, & aëreis injuriis ferendis minimè par; culturam exposcit calidam.

loos, rond en lang, plat, aan beyde hare zijden met een kuyltje wat ingedrukt, van buiten swart-verwig, en blinkend, van binnen wit, hebbende aan haar grond een gekrult voetsel-toebrengend steeltje.

Of dit nu de Intsia *is, in 't seste deel van den Hort. Mal. beschreven, en derve ik niet verseekeren, om dat de zaden van de Intsia sagt en bitter van smaak zijn, dese in tegendeel smakeloos zijnde, geven eenige onderscheid te kennen.*

Dit boomtje, seer teder zijnde, en kan tegens geen koude, weshalven het sorgvuldig daar voor bewaart moet werden.



CAP.




ACACIA IAVANICA NON SPINOSA FOLIIS MAXIMIS SPLENDENTIBUS
Fig. 106.

C A P. CVI.

ACAÇIA JAVANICA NON SPINOSA, FOLIIS MAXIMIS SPLENDENTIBUS.

ANno M DC LXXXVIII Bataviâ mihi transmisit hujus plantæ semina D Cleyerus, nomine Javanico *Kaduwang*, quæ, (ni fallor) Acaciæ species nondum descripta.

Ex hisce telluri commissis, variæ mihi prognatæ sunt arbusculæ, quarum hanc, in usum Botanologorum, delineandam curavi.

Radix ei albicans, surculosa, multis fibris capillata.

Caudex articulatus, griseus, parte superiore ramosus, nullis sentibus armatus.

Frondes pedis longitudinem adæquantes, suffraginibus quatuor, quinque, paucioribus pluribusve in quolibet latere, ditatæ sunt: In harum suffraginum unaquaque foliola adeò numerosa, ut duo supra septuaginta numeraverim, pari semper numero sibi mutuo opposita: sunt autem hæc foliola adversâ parte saturè viridia, aversâ verò dilutiore virore prædita, nitentia, Acaciæ Indicæ similia, ast majora.

Semina, quorum siliquas nunquam offendi, sunt plana, oblongo-rotunda, ad

DOORNLOOSE JAVAANSCHE ACACIA, MET SEER GROOTE EN BLINKENDE BLADEREN.

IN't Jaar 1688 *heeft my de Heer Cleyer de zaden van dit gewas van Batavia overgesonden, met de benaminge van* Kaduwang, *zijnde, mijns dunkens, een tot nog toe onbeschreve soorte van Acacia.*

Uyt dese zaden heb ik verscheyde Boomtjens opgekregen, waar van ik dit heb laten uyttekenen, ten dienste van de Liefhebbers der gewassen.

Het heeft een witte, verdeelde, en zaelrijke wortel.

Dit stammeken is grauw, doornloos, in leden, en van boven in takken verdeeld.

Het groene loof is een voet langh, en aan yder zijde in vier, vijf, ook wel minder gebladerde steeltjens verdeeld, welkers getal van bladerkens soo groot is, dat ik'er aan een steeltjen tweentseventig paar geteld hebbe: dese zijn aan haare regter zijde boog-groen, en aan de verkeerde zijde ligt-groen, blinkend, die van de Indiaansche Acacia gelijkende, hoewel grooter.

Noyt zijn my de peul-vrugten hier van voorgekomen, maar wel de zaden, de-

corculum, ubi gemma enafcitur, nonnihil finuofa, perdura, nigricantia.

welke langwerpig-rond, hard, plat, fwart, en wat uytgebolt zijn, ter plaatfe daar fy komen uyt te botten.

Frigoris impatiens, cautè ab aëris injuriis confervanda.

Dit gewas en kan tegens geen koude, weshalven het forgvuldig daar voor bewaart moet werden.



CAP.



ACACIÆ SIMILIS SPINIS CORNIFORMIBUS MEXIOCANA. *Fig. 107*



C A P. CVII.

ACACIÆ SIMILIS, SPINIS CORNIFORMIBUS MEXIOCANA.

Breyn. Prod. 2.

MEXICAANSCHE ACACIA GELYKENDE BOOM, MET HOORNSWYSE DOORNEN.

INter admiranda Divini Numinis opera, haud infimum locum occupat arbor hæc, quæ patriam agnoscit Mexicum, ut & Insulam Cubam, inde semina in Belgium transvecta sunt, quibus terræ commissis, nobis nata dicta planta.

ONder de wondere werken des Alderhooghsten, en is desen Boom geensints van de minste, dewelke Mexico wel meest tot haar woonplaats heeft; maar werd ook op't Eyland Cuba gevonden, van waar het zaad hier te Lande overgebragt zijnde, van ons in den Hortus Medicus tot een Boomtje voortgeteelt is.

Radix numerosa brachia, seu ramos laterales subtus terram diffundit, fibris capillata.

De wortel verdeeld sig veelvoudig door de aarde, veele zazelingen van haar gevende.

Hujus caudex crassitiem in Nostro Horto obtinet unius unciæ, cortice griseo amictus, & spinis crassis, concavis, acutis, cornuum bovinorum æmulis, bicompositis, in unum ad basin conjunctis, exrorsum reflexis, armatus: quarum ex connexione folia ramosa pronascuntur pinnata, pediculis longioribus fulta; horum lobuli pari semper numero mutuò sibi oppositi sunt, Acaciæ Americanæ Aldini similes, majores autem.

De stamme is nu in onsen Hof een duym dik geworden en omvangen zijnde van een grauwe schorsse, is deselve versien van dikke, gepaarde, holle, scherpe doornen, die wel aan haar grond verenigt zijn, maar aanstonts van den anderen afwijken, en van gedaante der Ossen-hoornen gelijken: uyt dese hare vereniginge komen de getakte of gevederde bladeren voort, staande op lange voetjens, welkers vederen twe aan twe gepaart zijnde, en tegen over den anderen staande, die van de Acacia Americana Aldini niet qualijk en gelijken, boewel groter zijn.

Foliola partialia bina ac bina ad exortum angusta, in extremo rotunda, vesperascenre sole clauduntur, matutino rempore, sole lucescente, promptissimè sese rursus expandunt; sunt autem aversà parte lætè virentia, adversà verò saturo-virore perfusa, sapore ferè fatuo, cum lævissima adstrictione.

De verdeelde twe aan twe staande kleene bladerkens zijn donker-groen van verwe, van onderen ligt-groen, byna smakeloos, met eenige t'samentrekkinge: deselve zijn aan haar grond smal, en loopen rond toe, met het vallen van den avond sluyten sy haar twe aan twe toe, met het opgaan van de Sonne weder van den anderen afwijkende.

Flores lutei, numerosi, in globulum, Acaciæ supracitatæ similem, congesti; hosce excipiunt siliquæ supervenientes, fragiles, inquibus semina, ut in congeneribus Acaciæ speciebus, majora tamen & fusca.

De bloemen van veele seer kleene bloemtjens bolwijs te samen geset zijnde, gelijken die van de bovengemelde Acacia, en fijn geel van couleur: na de bloemen volgen de zaad-peulen, die seer broos zijn, waar in bruyne zaden gebuysvest worden, die van de andere Acacia gelijk zijnde, edog wat groter.

Hanc Arbusculam Acaciis esse adjungendam, notæ characteristicæ satis superque indicant.

Nardus Antonius Recchus, Hist. Med. Lib. 3. cap. 53. hujus arbusculæ speciem describit, nomine *Hoitzmamaxalli*, seu *Arboris cornigeræ*, de cujus foliis ipse testatur, *quòd venenis adversentur, venenatisque Serpentium ictibus, tusa, & vulneribus prius scarificatis admota, sex horarum, plus minusve spatio, venenum omne inbibeant, atque extrahant, & interim nigrum contrahant colorem; & quod præterea intra corniculos formicæ quædam tenues, nigricantes generentur, quarum morsus noxius sit, doloremque integrum diem durantem excitans. Harum quoque ova vermiculorum figuram referentia, in pulverem redacta, & auribus injecta, instillatusve foliorum succus, dolorem earum sedant.*

Dat desen Boom tot het geslagte van Acacia behoort, geven haare natuurlijke merktekenen genoegsaam te kennen.

Nardus Anthon. Recchus in het 53. *cap. van't* 3. *boek van sijne Hist. rerum Med., verhaald van een mede soorte van desen Boom, onder de benaminge van* Hoitzmamaxalli, *of* Hoorn-dragende Boom, *en zeid daar van*, dat des selfs bladeren gestoten en gelegt zynde op de quetsuren, door het byten der Slangen veroorsaakt, het vergift tegengaan, insonderheid wanneermen eerst de geseyde plaatse wat scarificeert; *ook zeyd hy*, dat in de hoornen of hoornwyse doornen van dit gewas, een soorte van kleene swarte Mieren komen te groeien, welkers beete den mensche een pyne toebrengt, die een geheelen dag lang duurt, waar toe dienstig sijn de eyertjens van die diertjens, dewelke van gedaante kleene wormtjens representeren; dese tot een poeder gemaakt zynde, brengtmen in de ooren der gebetenen, tot wegneminge der pynen. Ook druppeltmen 't sap der bladeren deses gewas in d'ooren.

Tenera admodùm frigorisque impatiens, quapropter in repositoriis conservanda, quæ fenestris vitreis undique sint instructa.

Dit gewas is seer teder, en't selve kan tegens geen koude, weshalven men het in kassen moet bewaren, die met glasen wel versien zijn.



CAP.



ARBOR CORAL AMERICANA

Fig. 108



C A P. CVIII.

CORAL ARBOR AMERICANA.

ARBUSCULA CORALLII, *Ferrarii Flor. Cult.*

HUjus arboris variæ existunt species, quarum diversitas magna ex parte provenit à loco natali; quæ Zeylonæ incola est, Zeylanensibus *Jacerabndu* audit, gaudetque seminibus pullis, quæ verò seminibus donatur majoribus, crassioribus, & saturè rubentibus, nomine insignitur Zeylanensibus *Erabudu*, seu *Errabudu*, Javanensibus *Dadap*, seu *Derdap*, Malabariæ incolis *Muricu*, Belgis autem *Olyphants-boom*, id est, *Arbor Elephantis*, ut & *Coraal-boom*, habita ratione coloris Corallini amœni & rubentis, quem flores præ se ferunt.

Tertia species, quæ hic repræsentatur, Americæ alumna est, vigetque in variis ejus locis, utpote Brasilia, Curacao, &c.

Radice sustinetur fibrosa.

Caudex, ut in cæteris speciebus, molliori & fragili ligno constans, sentibus brevibus hinc inde armatus, cortice obducitur griseo, brachiaturque in varios ramos.

Folia ad intervalla exeunt terna, in pediculo communi longo, particularia autem pediculo breviori nixa, formâ sunt subrotunda, ad exortum latiora, extremum versus angustiora, imò cordiformia, glabra, hilariore virore adversâ parte prædita, aversâ verò dilutius virentia, gustu nonnihil amaricantia.

Flores, in orbem & spicatim dispositi, è calyce rotundo, utriculato emergunt, suntque producti, angusti, monopetali, intensè rubentes, sex intus staminibus pallidis præditi.

Quamvis hisce in Regionibus flores decidant, nullo insequente fructu, haud absonum tamen fore existimavi, fructus iconem

AMERICAANSCHE CORAAL-BOOM.

DAar werden verscheide soorten van desen Boom gevonden, welkers verscheidentheid voor een groot gedeelte voortkomt, door de plaats daarse groeyt: die gene, dewelke in Zeylon wast, werd by des selfs Inwoonders Jacerabudu *geheten, en heeft dese swarte zaden, maar die gene, dewelke grooter, dikker, en hoog-roode zaden voortbrengt, werd in Zeylon* Erabudu *of* Errabudu *genoemt, en van de Javanen* Dadap *of* Derdap, *in't Malabaarsch* Muricu, *maar van de Hollanders* Olyphants-boom, *of* Coraal-boom, *van wegen de schoon-roode verwe der bloemen.*

De derde soorte, die hier verbeeld werd, is afkomstig uyt America, en groeit op verscheide plaatsen aldaar, als in Brasil, Curacao, &c.

De wortel hier van is zazelig.

De stamme is voos en sagt, gelijk mede die van de andere soorten, hier en daar met korte doornen beset, en van een grauwe schorsse omvangen zijnde, verdeeld sig in verscheide takken.

De bladeren komen op sekere distantien drie byeen te voorschijn, op een gemeene lange steel; de particuliere bladeren, op korte voetjens sittende, zijn rondagtig, breet aan haar begin, puntig toelopend, ja hartswijs, glad, van onderen bly-groen, van boven ligter-groen, wat bitteragtig van smaak.

De bloemen uyt ronde en holle kelkjens voortkomende, staan rontom de steel gerengeert, ayrswijs, deselve sijn lang, smal, eenbladerig, hoog-rood, van binnen met ses bleeke bloem-draden versien.

Hoewel de bloemen hier te Lande vrugteloos afvallen, soo heeft het my egter goed gedagt het afbeeltsel van een vrugt hier by ap-

Kkkkk

apponere, ad aridum fructum delineatam, qui filiquofis & quidem articulatis accenfendus; horum quisque fatis productus, in mucronem abit.

Semina funt oblonga, intensè rubentia, fabis fimillima, hilo fufco prædita, quorum fingula in peculiari utriculo hofpitantur.

Perpetuò non viret hæc planta, æftate enim folia decidunt, novis renafcentibus ineunte hyeme.

Sub climate noftro duriore difficulter ad flores perducitur, nifi exacta adhibeatur cultura, loceturque in hypocauftis vitreis; præterea tempore hyemali cautè à frigore cuftodienda, cujus injurias minimè fuftinet.

Hifce & fimilibus ritè à nobis obfervatis, floruit eleganter in Horto Medico, Anno M DC LXXXVIII. ut & M DC LXXXIX. quod in Italia nunquam vifum fuit, referente Ferrario Flor. Cult.

Pauco indiget latice aquofo, propter radicum exiguitatem, & fibrofitatem.

Propagatur non folùm femine, verùm etiam ramulis abfciffis, tellurique impactis.

te voegen, na een drooge vrugt getekent zijnde, dewelke voor een peul-dragende, en in leden verdeelde vrugt te houden is; yder defer is vry lang, en komt in een punte te eindigen.

De zaden fijn langwerpig, hoog-root, van fatfoen gelijk een Boone, verfien van een bruyn verbeve vlakje (hilus); *ider der felve leyt in een afgefondert kuyltje.*

Defen Boom en behoud hare bladeren niet altoos, want des fomers vallen fy af, waar na datter tegens de winter weder nieuwe voor den dag komen.

Onder dit ons koud climaat komt defen Boom befwaarlijk te bloeien, ten fy datmen een exacte en naukeurige oeffening in't werk komt te ftellen, en't gewas in een glafekaffe bewaart; daar en boven foo moetmen des winters alle koude weeren, aangefien defelve de minfte koude niet verdragen kan.

Defe en diergelijke zaken in agting genomen zijnde, beeft defelve in 't Jaar 1688 *en* 1689 *in den Amfterdamfchen Hoffchoon gebloeit, 't geen men in Italie noyt gefien beeft, na het feggen van Ferrarius, in fijn Flor. Cult.*

Dit gewas moet weynig water gegeven worden, wegens des wortels kleynheid, en fibreusheid of zazelighcid.

Het en werd niet alleen uyt zaad voortgeteeld, maar ook van takjens, dewelke afgefneden zijnde, in de aarde geftcken werden.

CAP.



DRACO ARBOR INDICA SILIQVOSA POPVLI FOLIO. *Fig. 109*



CAP. CIX.

DRACO ARBOR INDICA SILIQUOSA POPULI FOLIO.

ANGSANA vel ANGSAVA JAVANICA.

PEUL-DRAGENDE INDIAANSCHE DRAKE-BOOM, MET POPULIER BLADEREN.

INter fructus & semina, liberalitate D. Andreæ Cleyeri, mihi transmissa, hujus plantæ semina quoque reperi: quibus telluri commissis, prodiit nobis arbuscula isthæc, nunc tres annos nata.

Folia incondita pediculis longis, tenuibusque fulta, formâ Populi similia, in totum verò minora, duas uncias longa, vix sesquunciam lata, mucronata, tactu mollia, glabra, nitentia, hilariore virore ad flavedinem inclinante, perfusa, sapore fatuo.

Fructum ritè perscrutatum haud malè convenire reperi cum eo, à Monarde descripto, Hist. simplic. Med. ex novo orbe delatorum: & quamvis multi, (quibus nunquam data fuit occasio, hosce cernere fructus) pro fabula habeant, quod Monardes de figura Dracunculi, huic fructui à natura insculpta, tradit: Ego tamen veram esse historiam judicavi, ablatâ enim tunicâ exteriore, dispersæ per fructum visuntur plures venæ, è quarum distributione & concursu, Dracunculi figuram sibi imaginantur homines, sicuti facere assolent ex ignis flamma &c.

Hi fructus, pediculis longioribus innixi, colore sunt cinereo, rotundi, plani, utrinque tamen in sui medio tumidi, & duri, margine membranacei, costulis eminentibus præditi.

Semina in unoquoque fructu bina, ternave, oblonga, incurva, rubicunda, dura, glabra, splendentia, renis aut phaseoli gracilioris figuram nonnihil imitantia.

ONder de vrugten en zaden, die my door de mildadigheid van de Heer Andreas Cleyer overgestuurt zijn, heb ik 't zaad van dese plante ook gevonden; 't welk gezaayt zijnde, dit Boomtje voortgebragt heeft, 't welk nu drie jaren out is geworden.

De bladeren staan sonder ordre, en dat op lange dunne steeltjens, van gedaante die van de Populier gelijkende, maar in 't geheel kleender, twee duym breet lang, qualijk anderhalve duym breet, gepunt, sagt in 't aantasten, glad, blinkend, bly-groen, trekkende na den geele, en smakeloos.

De vrugt, na behoren ondersogt zijnde, heb ik bevonden, niet qualijk over een te komen met die, dewelke Monardes beschreven heeft, in sijne Historie der eenvoudige Medicamenten &c.; en hoewel veele (die noyt gelegentheid gehad hebben om dese vrugt te sien) voor een fabel houden 't geen Monardes, wegens de figure van een Draakjen, verhaalt, 't welk in dese vrugt van de natuur zoude ingeprent zijn; so houde ik het egter voor een ware Historie, want alsmen de buytenste bast van de vrugt wegdoet, soo vintmen vele aderen door de vrugt te loopen, uyt welkers verspreydinge en byeenkomste de luyden haar de figure van een Draakjen komen te verbeelden, gelijk sy gewoon sijn te doen uyt de vlamme des vuurs, en andere dingen meer.

Dese vrugten op lange steeltjens rustende sijn asgrauw van couleur, rond, plat, en in 't midden aan beyde zijden verheven, hard, en versien van uytpuilende zenuen of aderen, en is ook des selfs rant vliesig.

In yder vrugt vintmen 2. 3. langagtige en kromme zaden, dewelke root, glad, hard en blinkend zijn, de gedaante van een smal Boontje of Niere eenighsints verbeeldende.

Humor, quem fundit arbos hæc, in lachrymam rubram condenſatur, cademque eſt, quæ, tenuibus involucris junceis involuta, Sanguis Draconis in lachrymis audit in Pharmacopoliis.

E re quoque fore cenſui, ipſa Nobil. Cleyeri verba, ſuper hac re mihi ſcripta, hic loci inſerere, quæ ita ſe habent: *Angſana Javanica, arbor eſt ſiliquoſa, floribus gaudens luteis, odoratis, cujus truncus, ut & rami ſcarificati humorem fundunt, ſanguinis Draconis inſtar, qui ilicò condenſatur.*

Virtutibus adſtringentibus pollere & in affectibus aphthoſis præ cæteris remediis conducere, mihi quoque prædictus Dominus communicavit.

Hujus arboris mentionem etiam fecit D. Grim in Eph. Germ. Anni 13. Obſ. 37. cujus verba ſic ſonant: *Arbor eſt Javæ, quin ipſius Bataviæ urbis incola, ſuccum ſanguinis Draconis inſtar elegantem pellucidum deſtillat: Eſt proceræ magnitudinis, ligni durioris, foliorum oblongorum, florum parvorum, flavi coloris, amariuſculi ſaporis &c.*

De vogtigheid, die uit deſen Boom komt, word tot een roode hars, en is ook het ſelve, 't geen in bieskens gedaan zijnde, in de Apotheken Sanguis Draconis in Lachrymis geheten word.

't Heeft my ook goed gedagt, de eyge woorden, die my den Ed. Heer Cleyer over deſe zake heeft geſchreven, hier in te laten vloeien, dewelke aldus luyden: Deſen Boom Angſana Javanica (*ſoo werd deſe Boom geheten*) is een peul-dragende Boom, dewelke geele en riekende bloemen heeft, wiens ſtamme, of takken gequeſt zynde, een vogtigheid van haar geven, als Drakenbloet, dewelke van ſtonden aan komt te verdikken.

Deſen geſeyden Heer heeft my ook gecommuniceert, dat deſe verdikte vogt verſloppende is, en ook boven andere remedien dienſtig in de Sprouw.

Ook heeft de Heer Grim in Ephem. Germ. An. 13. Obſ. 37, ook gewag gemaakt van deſen Boom, wiens woorden deſe zijn: 't Is een Boom die in Java, ja ſelfs ook op Batavia waſt, dewelke een heldere en ſchoone vogtigheid van ſig geeft, dewelke Drakenbloet gelyk is: deſelve is hoog, hard van hout, de bladeren langwerpig, de bloemen geel, kleen en bitteragtig van ſmaak.

OBSERVATIONES.

Fructus, ſeu ſiliqua, ab Authore hic depicta, abſolutè completa non eſt; idcircò aliam, ex Muſæo Filii mei, omni parte perfectam, & aſteriſcô notatam, in Botanophilorum gratiam, appingi curavimus.

AANTEKENINGEN.

De vrugt of hauwe, van den Autheur verbeeld, en is niet volkomen, weshalven wy een andere, uyt het Kabinet van myn Soon, die geheel, volmaakt, en met een ſterretje getekend is, hier by getekent hebben, ten dienſte van de Liefhebbers der Botanie.

C A P.




CASSIA FISTVLA ALEXANDRINA
Fig. III.

CAP. CX.

CASSIA FISTULA ALEXANDRINA *B. Pin. & Alpini.*

An CONNA *Hort. Mal. p.* 1?

CAssia Fistula, cujus icon hic exhibetur, prodiit nobis semine è siliqua Cassiæ Fist. Alex. veræ desumpto, excrevitque in arbusculam triennem, cum eà, quæ describitur & exprimitur à Doctissimo Alpino, de plantis Ægypti, nomine *Chaiarxambar* convenientem.

Cortice tegitur cinereo.

Folia pinnata, & inordinatè disposita; Partialia autem foliola bina ac bina sibi invicem opposita, brevissimis pedicellis fulta, decem utplurimùm unicostæ, utrinque quina adhærent, volæ manus longitudine, duarumque ferè unciarum latitudine, Persicæ æmula, in extremo mucronata, ad basin lata, dilutè virescentia, parte inferiore, tanquam lanugine obsita, ad tactum mollia, margine haud crenata, gustu subdulcia.

Flores (referente Alpino) numerosi, veluti spicatim congesti, surculis seu pediculis longioribus Anagyridis instar, deorsùm propendent; horum singulares flosculi nituntur pedicellis uncialibus & brevioribus suntque pentapetali, coloris aurei, odorati, multis staminibus intus præditi.

Floribus emarcidis succedunt siliquæ teretes, fuscæ, sesquicubiti longitudinem non raró superantes, quæ intrinsecus in plura loculamenta distinguuntur, quorum singula semen solitarium, ut & pulpam per maturitatem nigram & dulcem, continent: sunt

CASSIA FISTULA VAN ALEXANDRIEN.

DE Cassia Fistula, wiens aftekeninge hier vertoont wort, hebben wy uyt zaad voortgeteelt, 't welke wy uit een bauwe van den opregte Cassia Alexandrina genomen en gezayt hebben, en is deselve tot een driejarig boomtje gegroeit, overeenkomende met die gene, dewelke van den seer geleerden Alpinus de Pantis Ægypti, beschreven is, met de benaminge van Chaiarxambar.

Dit boomtjen heeft een grauwe schorsse.

De bladeren staan vederswijse en sonder ordre; de particuliere verdeelde bladerkens, twee aan twee over den anderen staande, zijn meerendeels tien in getale, waar van datter wederzijts vijf op seer korte voetjens aan ydere rib geplaast zijn; deselve sijn een handbreet lang, byna twe duymen breet, die van de Persiken gelijkende, puntig aan haar uiteinde, of spits-toelopend, breed aan haar begin, ligt-groen van verwe, eenigsints als met een wolagtigheid van onderen beset, sagt in 't aanraken, aan de kanten ongekerft, en van smaak eenigzints zoetagtig.

De bloemen (na het seggen van Prosper Alpinus) sijn veelvoudig, en ayrs-wijse by een gevoegt, deselve hangen aan lange steeltjens, op de wijse van die van de Anagyris; en heeft yder nog een apart steeltjen van een duym lang, ook welwat korter, waar mede deselve aan de gemene steel vast sit: Dese bloemen sijn vijfbladerig, gout-geel van verwe, lieflijk van reuk, hebbende in 't midden veele bloem-draden.

Na de bloemen volgen ronde en lange bauwen, die niet selden anderhalve ellepijpt langte komen te overtreffen, bruyn van couleur, dewelke van binnen in veele eellekens afgescheyden zijn, waar van ider een eenig zaad, als mede een swart en soet merg

ſunt autem ſemina plana, oblonga, dura, ſplendentia, ſubflava.

Præter hanc ſpeciem dari & alias, haud ignarus ſum, quarum differentia conſiſtit in ſiliquarum forma, magnitudine, neque infimæ notæ exiſtimo, quam alit India Orientalis, cujus deſcriptionem, ut & iconem poſthac exhibere animus eſt.

De viribus ſic breviter Raius Hiſt. Plant. p. 2. *Caſſia pulpa bilem & ſeroſos humores purgat, convenitque in ardoribus tam internis, tum externis, ſanguinem temperans, & puriorem reddens: Affectibus pectoris à deſtillatione acutorum humorum concitatis, mire ſubvenit &c.*

Exactam requirit culturam, rigidiores injurias minimè ſuſtinens.

OBSERVATIONES.

Hujus arboris ramulum floribus onuſtum, ex America allatum rigidiori examini ſubjecimus, percepimuſque flores cum Connæ Hort. Mal. part. 1. tab. 22. ad amuſſim quadrare; Suntque pentapetali, ſeu petalis quinis oblongo-rotundis conſtructi, è calyce quinquepartito orti, ſtaminibus tribus majoribus falcatis, ſeptemque minoribus ditati.

in ſig komt te onthouden; *en ſijn deſe zaden platagtig, lang-rond, hard, blinkend, geelagtig van verwe.*

Datter nevens deſe nog andere ſoorten zijn, van den anderen verſchillende, in groote en gedaante van hauwen, zulkx is my ſeer wel bekent, als mede, dat die gene, dewelke in Ooſt-Indien waſt, geenſints de geringſte is, wiens beſchrijvinge wy hier na ook ſullen verbandelen.

Over de kragten heeft de Heer Raius in 't kort dit volgende aangetekent; Caſſia purgeert de galle en andere ſereuſe vogten, en is ook dienſtig in alle hitte en brand, ſoo uyterlijk als innerlijk gebruikt zynde, ſy tempert, en verbetert het bloed; ook komt ſe byſonderlijk te hulpe alle gebreken des borſts, die door ſinkingen van ſcherpe vogten veroorſaakt werden &c.

Dit gewas wil wel opgepaſt, en voor alle koude bewaart zijn.

AANTEKENINGEN.

Wy hebben een bloemrijk takjen van deſen Boom, uyt America overgeſonden zynde, naukeurig onderſogt, en bevonden des ſelfs bloemen t'eenemaal over een te komen met die van de Conna Hort. Mal. part. 1. tab. 22. zynde deſelve vyfbladerig, of uyt vijf langwerpig ronde bloem-bladeren te ſamen geſteld, die uyt een vyfbladerig bloem-kelkjen voortkomen, en met drie groote en ſeven kleene ſeyſenswyſe bloem-draden verrykt zyn.



CAP.



Cassia fistula Iavanica flore carneo. *Fig. 111*



C A P. CXI.

CASSIA FISTULA JAVANICA, FLORE CARNEO.

NObilissimi D. Cleyeri adjumentò, siliquæ hujus Cassiæ Fistulæ secundæ ad me pervenerunt, Anno M DC LXXXVIII, nomine *Tang-goeliwangwang*.

Hæc arbor in totum (florum colore, & foliorum longitudine exceptis,) simillima est Cassiæ Fistulæ Brasilianæ, cujus iconem Nob. Breynius illustravit Cent. I.

Nostra Javanica flore est carneo, Brasiliana autem incarnato, Javanensibus *Tapyracoaynana* dicta, partimque à Nobilissimo Pisone & Marcgravio descripta: Postea quoque hujus arboris Javanicæ siliquas accuratiore descriptione divulgavit supracitatus Breynius Prod. 2, cujus verba hic inserere fert animus. *Siliqua verò illa jam dicta, est foris nigricans, Cassiæ Alexandrinæ pari nonnihil tenuior, multò longior, cortice teneriore, tot subtilissimis circularibus lineis impressis, cincto, quot intrinsecus sunt distinctiones, seu ligna intergerina orbicularia, compressa admodum & valdè tenuia, fragiliaque. Unicuique horum lignorum intergeminorum pari, loculum seu cellulam constituenti, nulla quidem pulpa glutinosa, quemadmodum in Cassia Alexandrina cernitur, sed ejus loco orbiculus quidam tympani formâ arctè includitur, lignorum intergerinorum, jamjam commemoratorum facie & magnitudine, culmum autem latus, vel si mavis crassius, dum recens, carnosus, & fortè, ut existimo, albus, (in sicco verò ex cinereo & carneo ad ferrugineum tendens, nec non, qua substantiam sambuci medullæ haud admodum dissimilis,) intus cavus, se-*

JAVAANSCHE CASSIA FISTULA, MET VLEES-COULEURIGE BLOEMEN.

DOor teedoen van den Ed. Heer Cleyer, heb ik dese twede soorte van Cassia Fistula, in't Jaar 1688, *met de name van* Tang-goeliwangwang *gekregen.*

Desen Boom gelijkt in't geheel die van de Cassia Fistula Brasiliana, (uitgesonderd de couleur der bloemen en lengte der bladeren) wiens aftekeninge in de eerste Centuria van den Ed. Heer Breynius te sien is.

De bloemen van dese onse Javaansche sijn vlees-couleurig, maar de Brasiliaansche incarnaat, welke laatste by de Javanen Tapyracoaynana *geheten zijnde, van de Ed. Heeren Guil. Piso en Marcgraaf ten deele beschreven is; naderhand heeft ook den Ed. Heer Jacob Breyne de vrugten van dese onse Javaansche Cassia Fistula, met een volmaakter beschrijvinge in't ligt gebragt, in sijn twede Prodromus, wiens woorden ik voorgenome hebbe hier by te voegen.* Maar dese geseyde peul-vrugt is van buyten swart, gelyk die van de Cassia Fist. dewelke uit Alexandrien komt, hoewel wat dunder, veel langer, en teerder van schorsse, met soo veel subtyle rontom-lopende of circulaire linien, als'er inwendige platte, ronde, houtagtige, seer dunne en breuksame tusschen-scheytsels gevonden worden. Tusschen ider paar deser houtagtige en ronde tusschen-scheytsels wert wel een celleken geformeert, maar in deselve en werd geen slymerig merg gevonden, gelijk in die van de Alexandrische Cassia; maar in des selfs plaatse werd een rond schijfje vast besloten, van gedaante en groote overeenkomende met de aanstonds geseyde houtagtige ronde tusschen-scheyt-

men Cassiæ vulgaris semini simile claudens. Hactenus Breynius.

sels, een strohalm breet of dik; soo lange dese vers sijn, werden sy vlesig bevonden, en soo ik vertrouw (gedroogt zynde, is hare couleur uit den asverwig, vlesig, en wat na de roest couleur trekkende, en voor soo veel des selfs substantie aangaat, die van Vlier niet ongelijk) van binnen hol, waar in het zaad geplaast word, 't welk van de gemene Cassia gelijk is, *dus verre Breynius.*

Seminibus solo commissis, succrevit nobis arbuscula paucis ramis stipata, cortice ex cinereo albicante amicta; caudicem ramulosque folia vestiunt alata, in utroque latere uniuscujusque costæ duodecim adnectuntur foliola, brevissimis pedicellis directè sibi opposita, vix semiunciam longa, ad basin latiora, quàm in extremo, Sennæ Italicæ subæmula, supernè atroviridia, infernè dilutè virescentia, pilis vix conspicuis obsita, sapore herbaceo adstringenti permixto.

De zaden van dit gewas ter aarde besteld zijnde, hebben wy een Boomtje opgekregen, 't welk geensints takrijk, maar wel met een witte asgrauwe schorsse omvangen is; de bladeren des stams, en der takken, sijn gevleugeld (alata) *aan welkers ribbens wederzijds twaalf bladerkens, op seer korte voetjens vastgebegt sitten, en dat twee aan twee dwers over malkanderen, qualijk een halve duym lang, ook breder aan haar grond, als uiteynde, gelijkende die van de Italiaansche Senebladeren, van bovenen donker-groen, van onderen ligt-groen, beset met naulijks sigtbare hayrtjens, en is dese haar smaak kruydig en wat t'samentrekkend.*

Multo calore & humore indigens, arte enutrienda, ac fovenda, quibus adhibitis diu illam conservavi, tandemque depingi curavi, additis portione filiquæ, ut & seminibus.

Dit gewas heeft veel warmte en vogtigheid van noden, en moet door konst gekoestert en voortgeset werden, 't welk van my wel in agtinge genomen zijnde, heb ik dese plante lang bewaart, en eindelijk doen uyttekenen, de zaden en een gedeelte van de hauwe daar by gedaan zijnde.

In solo natali in arboream excrescit proceritatem.


In de natuurlijke groei-plaats wast deselve tot een hoge boom.



CAP.



NVX BEEN CEYLANICA, SILIQVA TRIANGVLA, SEMINIBVS ALATIS. *Fig. 112*



C A P. CXII.

NUX BEEN CEYLANICA, SILIQUA TRIANGULA, SEMINIBUS ALATIS. *Par. Bat. Prod.*

MORINGO *Acostæ.*

RAdicem nanciſcitur ex albo flaveſcentem.

Caudex in tripedalem proceritatem excrevit in Horto Medico Amſtel., craſſitie minorem digitum adæquans, librò dilutè vireſcente amictus.

Frondes inordinatè è ramulis prodeunt, pediculis tenuibus præditæ; harum ſuffraginum coſtæ bicompoſitæ foliolis ornantur inconditis, mollioribus, oblongis, extremo rotundis, non rarò quoque mucronatis, imò cordatis, lætiore viriditate perfuſis.

Flores pediculis adhærent recurvis, candidi, mel redolentes, decapetali, quorum petala quina exteriora in prima expanſione ſtellam repræſentantia, randem extrorſum incurvantur, interiora autem minora ſtamina ex luteo-viridia, ut & ſtylum erectum ambiunt.

Sub noſtro duriore climate, floribus excuſſis, ad frugem nunquam perducta eſt in Horto Medico; omni quantumvis diligentià adhibitâ, ſuperſtes tamen fuit per quinquennium, floruitque A. MDCLXXXVIII & MDCLXXXIX. Menſ. Auguſt.

Siliquæ portionem, ad me tranſmiſſam, ſeminibuſque onuſtam, è quibus prodiit hæc arbuſcula, adjunxi, in gratiam Botanologorum.

Frigoris eſt impatientiſſima hæc planta, quæ modicam quoque exigit aquam.

MORINGO VAN ACOSTA.

DEſe plante heeft een wortel van couleur uit den witte geel.

De ſtamme is in den Amſterdamſchen Medicijn-hof opgeſchoten tot de hoogte van drie voeten, een pink dik, omvangen met een groene ſchorſſe.

Het lof komt ſonder ordre uyt de takjens voort, verſien van dunne ſteeltjens: de ribbens van deſe ſijn gepaart, en verſien van ſagte, langwerpige, voor ronde, ook wel puntige, en ſomtijds hartswijſe bladerkens, dewelke bly-groen van couleur zijn.

De bloemen ſtaan aan kromme ſteeltjens, deſelve ſijn wit, riekende na honig, tienbladerig, welkers vijf uytwendige bloembladeren in 't eerſte van haren opgang een ſterretje verbeelden, maar werden daar na buytenwaarts overgebogen; de binnenſte en kleenſte vijf bloem-bladeren ſitten rontom de geel-groene bloem-draden, als mede rontom de regtopſtaande bloem-ſtijl.

Na dat de bloemen vergaan ſijn, ſoo en ſijnder in onſen Medicijn-hof geen vrugten na gevolgt; hoewel alle vlijt en neerſtigheid aangewend is; ſy heeft gebloeit in 't Jaar 1688 *en* 1689 *in de Maand van Auguſti, en is vijf jaren oud geworden.*

Ik hebbe hier een ſtuk van de hauwe met des ſelfs zaden, ſoo als het my overgeſtuurt is, bygevoegt, ten dienſte der Liefhebbers van de gewaſſen.

Dit gewas en kan gants tegen geen koude, en vereyſt ook matige vervogtinge.

OBSERVATIONES.

Radicem habet hæc arbor tuberosam ac rapi formem, paucis fibrillis præditam.

Siliquæ per maturitatem fuscæ, liratæ, trivalves, pedales & longiores, pensiles, ad exortum tenuiores, brevibus, tenuibusque pedicellis annexæ, intus carne albicante præditæ, in qua semina simplici serie disposita, triangula, membranis tenuissimis niveis alata, putamine duriusculo, pullo, nucleo verò candido, sapore dulci, non sine adstrictione.

AANTEKENINGEN.

Dit gewas heeft een raapwyse wortel, waar uyt weinig zazelingen komen te groeien.

De rype hauwen zyn bruyn, geveurt, drievaldeurig (trivalves) *een voet lang, ook wel langer, nederwaarts hangende, aan dunne korte steeltjens, schraal aan haar begin, van binnen met een wit merg begaaft, waar in de zaden in de lengte in een rye gerengeert leggen: deselve zyn driehoekig, en gevleugeld* (alata) *met seer dunne en witte vlieskens, van buyten hardagtig en swart, van binnen wit, soet van smaak, dog niet sonder t'samentrekkinge.*

F I N I S.

